





Handwritten text in a cursive script, possibly a name or title, appearing as a faint brownish stain on the aged paper.

Handwritten text in a cursive script, appearing as a faint brownish stain on the aged paper.

Handwritten text in a cursive script, appearing as a faint brownish stain on the aged paper.

Handwritten text in a cursive script, appearing as a faint brownish stain on the aged paper.



**FRATRIS
ALFONSI A CASTRO**

ZAMORENSIS, ORDINIS

minorum regularis obseruatiæ, in psalmũ

Miserere mei deus secundum magnam

miserencordiam tuã, homilix vigin

tiquinq; ad populum Salman

ticensem habitę: quas idẽ

auctor nunc denuo

recognouit, &

ab aliquot

mẽdis re

purga

uit.

ADDITIONVS EST

insuper duplex index, & vterq; co

pius: Alter rerum notabiliũ

in hoc opere contentarũ:

Alter autoritatẽ sacrę

scripturę, quę in eo

luculenter expo

nuntur.

SALMANTICÆ

In officina Ioannis Giuntę.

1547.



ALFONSI A CASTRO

SAMORENSIS ORDINIS
ALFONSI A CASTRO
SAMORENSIS ORDINIS
ALFONSI A CASTRO
SAMORENSIS ORDINIS
ALFONSI A CASTRO
SAMORENSIS ORDINIS
ALFONSI A CASTRO
SAMORENSIS ORDINIS
ALFONSI A CASTRO

ALFONSI A CASTRO

ALFONSI A CASTRO
ALFONSI A CASTRO
ALFONSI A CASTRO
ALFONSI A CASTRO
ALFONSI A CASTRO
ALFONSI A CASTRO
ALFONSI A CASTRO
ALFONSI A CASTRO
ALFONSI A CASTRO
ALFONSI A CASTRO

ALFONSI A CASTRO

ALFONSI A CASTRO

Nuncupatoria. Fo. 2

SERENISSIMO
ET ILLUSTRISSIMO IOANNI
ni tertio Portugaliæ & Algarbiorum
regi, Inlyto domino Guineæ &
cetera, frater Alfonsus a Ca-
stro Zamorësis, Ordinis
minorum, S. P. D.



POETE COMOE-
diarum scriptores serē-
nissime, atq; inuictissi-
me Rex, vt populo mo-
res suos, qui nimium
uarij sunt, ostēderent:
consueuerūt fabulam
aliquam effingere, in
qua varijs diuersiq;

inductis personis, sub earū nomine varios
populi status, variosq; eorum mores gra-
phice describere sic conati sunt, vt magis re-
gestā videre quā fabulā audire sibi quisq;
persuaderet: sicq; fieret, vt sua quisq; vitia
quæ prius ignorabat, audiens agnosceret.
Illic videbis parentū obiurgationes nimium
austeras, filiorū pertinacissimas inobedien-
tias, fratrum discordias irreconciliabiles, dño
rum seueritates, seruorū fallacias, Regum
imperiosa mādata, populi querelas, Mulier



Epistola.

cularum heu nimium sauas blanditias. uis
uenum effrenatas adhesiones, & cætera id
genus multa. Res quidem hæc utilis, si illa
fabula audita populus inde aliquam vena
retur vtilitatem, sua quisque quibus affectus
erat vitia corrigens. Raro tamen populus
per huiusmodi fabulas emendatus est: imo
potius contra, his auditis ad vitia quæ for-
te non nouerant, pelliebantur: quoniam
Poetæ non huc demum tendebant vt emen-
darent, sed cum primum animos ad scri-
bendum appulere, id sibi negocij decreue-
runt solum dari, populo vt placerent quas
fecissent fabulas. Qua propter non tantum
anxijs fuerunt, vt lachrymas extorquerent,
& audientium animos ad pænitentiam sic-
cerent: quam vt risum excitarent, & popu-
lo blandirentur. Quo fit, vt prophetarum
scripta etiam si oracula diuina non essent,
& deo autore non fuissent ædita, tanto ma-
iore interuallo omnium Poetarum comœ-
dias antecurrant, quoãtõ magis ad salutem ani-
mæ omnibus prodesse noscuntur. Nihil enim
mihi prodest regem imperiosum intueri, cum
ego nec rex sum nec possum esse. Nulla est
mihi vtilitas cum audio patrem seuerè ob-
iurgantem, & filium irreuerentem: si nec fi-
lium habeo quem cum modestia instituan,
nec patrem cui omni qua decet reuerentia

Noncupatoria. Fo. 3.

obediam, Nihil demum mihi prodesse potest,
si ea quibus infectus sum aut infici possum
vitia quæ bellissime depicta quisquam mihi
ob oculos ponat, nisi etiam reprehendat: &
quod uix vnquam poetam facere contingit)
euidenti ratione mala esse persuadeat, vt ab
illis auocer & deterreat, præsertim cum om-
nes a natura sumus ad vitia propensiores quàm
ad virtutes. At ex prophetarum scriptis, nu-
llus est qui profectum maximum (modo ve-
lit) capere non possit: siue iustus ille sit, siue
peccator. Nam peccatores ad pœnitentiam
præmijs aliquando alliciunt: minis aliquando
urgent: iustos in virtute roborant, & vt ad
meliora se extendant, sic hortantur vt cogere
videantur. Quod si hoc in omnium prophe-
tarum libris inuenire licet multo magis in
psalmis Davidis prophetarum omnium ex-
imij. Quoniam ille suauius allicit, durius ter-
ret, vehementius urget, violentius trahit,
clementius subleuat, validius confirmat &
stabilit, fortius deficit, omniadenique ad vir-
tutem & pietatem spectantia melius agit.
Ex omnibus autem quos ille condidit psal-
mos, hic vnus videlicet quinquagesimus,
meritorum virtute, omnium maximus est:
quoniam omnibus siue iustis siue peccato-
ribus in eo solo prospexit: iustos in posterum
cautiores faciens, vt cum stare se putant vi-



Epistola

deant ne cadant, peccatores aut subleuans: ne videlicet ob quantacumq; facinora, de diuina misericordia diffidetes animum suum dericiant. Vt autem hoc melius efficeret, non effingit fabellam aliquam, non induit alienam personam: sed semetipsum in spectaculum omnibus proponit, præcipue tamē Regi, quoniam ille tanquā totius populi caput in reliqua illius membra insiuit, & ab illo totius ferme populi salus pender. Propter quod ego merito censerem male illos de rege sensisse, maleq; regis valorem & virtutem trutinasse, qui Dauidem regem censuerunt per decem millibus computandum: quoniam Rex pro tota republica, cuius est caput, (vt ego æstimo) computandus venit. Nam illius iudicio respublica regitur: ex illius arbitrio leges populi pendent ab illius exemplo populus sibi mores desumit.

Claudia
nus.

Scilicet in vulgus manant exēpla regentū. Vtq; ducū lituos sic mores castra sequunt. Quo fit, vt quisquis regē bene instituerit, is toti reipublicæ profuisse dicatur. Quem admodum qui oculo medetur, omnibus membris pro quibus ille circūspicit, prospexisse merito iudicabit. Ita si quis principis malos mores correxerit, is quodammodo publicus philosophari & totam reipublicam pro qua regē sapere atq; sollicitū esse oportet.

Nuncupatoria. Fo. 4.

ret, cortex ille cente dicitur, Verum & si de tota republica bene mereri illum constet, qui principem aut docendo, aut suadendo reddidit bonum: sunt tamen principes ipsi ferme omnes natura morosi & intractabiles: quæ res optimum quemq; virum a principibus ahortandis sæpe auocat & deterret. Quis est enim qui tractare contendat id quod tractari recuset? Si in peccatum aliquod reges labuntur, a nemine corripri sustinent: nullam medicantis manum etiam cū vulnerati fuerint, admittunt. Putant quidem bonam imperij sui portionem deperituram, si aut doctorem aut monitorem admittant, qui eos virtutibus inferuire suadeat. Et ob hanc causam, monitorem quemq; tanquā imperij inuasorem reformidant: quoniam probro futurum censent, eum qui omnibus præest, alius cuius aut iudicio aut arbitrio subesse. Lōge tamen alium fuisse regis Dauidis genium præsentis psalmi historia testatur. Hic enim cū fuisset a propheta Nathan de adulterio & homicidio reprehensus, non succensuit propheta, non excusauit culpam, non recusauit poenam: sed culpam humiliter agnoscens, prophetae correptionem patientissime tulit. In hoc igitur psalmo cum Dauid rex omnibus consulat, præcipue tamen regibus: vt si ab alio quouis homine modestiam & cor-



Epistola

reptionis tolerantiam discere reformidant, a rege salem discere non vereantur. Hæc igitur præcipua causa fuit, propter quam tibi serenissime & inuiditissime princeps hæc quinquagesimi psalmi qualemcunq; expositionem dedicandam censui, vt regium tibi pleberem exemplar, quod citra dedecus & ignominiam, imo magna cum gloria & laude imitari possis. Nec quisquam alius erat cui illa iustius nuncupari poterat quam tibi quoniam nullus alius est (absit precor omnis adularionis suspitio) qui verius eximitas Dauidis virtutes emuletur quam tu. Ille enim non nisi contra incircumcisos & populi dei inimicos bellum mouit. Tu, etiam occasione vt aliter faceres oblata, nunquam nisi aduersus christianæ religionis hostes, bellum huc vsq; gessisti. Ille septies in die laudes deo dicebat. Tu non solum laudes deo septies in die reddis: sed alios vt id faciant tuo exemplo sic hortaris, vt basilica tua, magis dei templum quam regale palatium censeatur: quoniã (vt audio) adeo celebres laudes intra basilicam tuam quotidie & stans horis deo persoluntur, ac in templis deo dicatis. Ille prophetas dei maxime venerabatur. Tu omnib; doctis viris præsertim theologis (nam præter hos, nullos alios hodie prophetas habemus) beneuolentiam & fa-

Nuncupatoria. Fo. 5.

uorem præstas. Nec faues modo, quemadmodum plerisq; principum mos est, qui fati superq; se fecisse autumant, si laudantes & se bene optare dicentes, nudam quandã & sterilem ostenderit beneuolentiam: sed quæ tua est magnificetia: magnis afficis muneriob; vt vel aliqua mercedis spe alios ad literarum studia allicere (ne dicam) vrgere valeas. Huius rei testis est Parrhisiõrum academia, quæ tam multos tuis stipendiis quottannis alit. Et hæc tua singularis in viros doctos beneuolentia, multorũ animos mouit, vt tibi sua opera nuncuparent, quoniã (vt est in prouerbio) boni non nisi ad bonorum conuiuia vltro accedunt. Hos ego imitatus & si indoctorum indoctissimus, tibi hoc opusculum nuncupare decreui: vt quoniam se tueri non valet, tui saltem nominis vmbra protegatur. Tu ergo pro tua regia beneuolentia illud suscipies: quod si tibi non displicuisse cognouero, fiet, vt fauente deo & beneuolentia tua vrgente, coner aliquid maius & melius tibi olim offerre. Vale.

Ex cœnobio Salmanticensi fratrum minorum, quarto Idus Iulij, Anno domini trigesimo septimo supra millesimum quingentesimum



Homilia prima.
Titulus psalmi. l.

In finem: psalmus David cum venit ad eum
Nathã ppheta: quãdo itrauit ad Bethsabee

Homilia prima.

Quoniam in omni orationi & declamationi,
nec non etiam epistola quæ ali
cuius est momēti: eruditi viri q
rudibus & parum intelligētib⁹
cōsulere voluerunt: argumentū
aliquod præfigere curarūt: quod velut que
dã lux obscuro alicui ædificio superfusa, oēs
illius angulos percurrens: tenebras vndiq
pelleret. Vt re: de qua sequēs differit oratio
aut epistola: breui compendio descripta: sta
tus orationis sit legentibus apertior. Hoc
enim in omnibus beati Pauli: & in alijs cæte
rorū apostolorū catholicis epistolis: a quo
dam viro docto: quisquis ille fuit, factū esse
scimus. Nam his omnibus argumenta præ
fixa sunt: quæ breui compendio: totius epi
stolæ statum indicant. Ad hunc modum in
omnibus psalmis: qui ob aliquam rem gesta
conditi sunt: præfiguntur tituli: qui rem ip
sam innuunt, & quasi indice produnt. Qd
enim argumentum orationi, aut epistolæ:

Prima. Fo. 6.

hoc titulus præstat psalmo. Huius ergo psal
mi quinquagesimi titulus: cum historiam
aliquam innuat: qua totius psalmi intelle
ctus pendet: opus est vt eam ob oculos po
namus & reliquas deinde tituli partes in
terpretemur: quibus declaratis via erit ad
psalmi intellectum aperta. Historia autem
cuius titulus meminit: ita habet. David fili⁹
Iesse de tribu iuda omnium fratrum suorum
minimus: cum oues patris sui quotidianus
pasceret: talis semper vixit: vt propter exi
mias eius virtutes dignus inuentus fuerit:
qui a propheta Samuele ex dei mādato in
regem vngeretur. Deinde propter illustrem
illam victoriam quam habuit de gigante illo:
non minus superbia quam membriis corpo
ris maximo: qui toti israeli exprobrabat: ad
singulare certamen fortissimum quemq; pe
uocans: in aulam regis Saulis ascitus est, &
gener regis effectus. Post hæc multis in bel
lo fortibus factis: multorum facinorum fa
ma clarescere in populo cœpit: & ab eo pro
regis successore habitus est. Quæ res: non
paruam inuidiam ipsi David apud regem
excitauit: ita vt sepe ab ipso rege fuerit que
situs ad mortem. Verum deus qui David
in regem elegerat: semper Saulis consilia
frustraui: vt David incolumis seruaretur:

ita se habet
Historia.



Homilia.

qui prolem: de cuius stirpe Christus serua-
tor noster nasceretur: procreaturus erat.
Deus siquidem humani generis redemptio-
nem: iam tunc moliebatur. Demum Saule re-
ge: eiusque filio Ionatha: a philisteis in bello
interfectis: Dauid regni gubernacula sus-
cepit. Qua in re: multas easque maximas
offedit virtutes: omnibus sibi subditis æque
prospiciens: recto semper iudicio & nun-
quam affectu: regnum administrans: prop-
ter quod deus illius regnum magna ex parte
auxit & stabiluit: hostibus illius videlicet
Philistæis vndique fugatis. Verum: vt
sunt hominum ingenia semper ad malum
prona: atque ideo in quouis opere virtutis
parum firma: factum est: vt a virtutis ar-
ce postmodum: præceps in vitia maxima
rueret. Contigit enim vt ipso domi manente
Ioab pro eo exercitui imperaret: qui tunc
Rabba oppidum obsidebat. Quo tempo-
re cum ipse ocio indulgeret: & rationis ha-
benas paululum remitteret: deambulans
in solario domus suæ: vidit inopinato mu-
lierem quandam pulchram nimis: Bethsa-
bee nominatam: quam cum placuisset oculis
eius: accersiti iubet: accersitamque com-
pressit. Rex deinde certior factus illam gra-
uidam esse factam: cernens illi periculum
grande imminere a viro: qui tunc pro re-

Prima. Fo. 7.

gis victoria & fama: fideliter in castris milita-
bat: scribit ad Ioab belli præfectum: vt
Vriam: hoc enim erat nomen marito Beth-
sabee. ad se mitteret: qui de bello nunciaret.
Venit Vrias: deinde a rege de rebus belli in-
terrogatus: finitur a rege in domum abire:
hoc sine: vt coiens noctu cum vxore: posset
adulterium occultari: & conceptus & par-
tus Vriæ ascribi. At Vrias noluit ire do-
mum: etiam a rege rogatus: quoniam indig-
num dicebat se domi cubare: & cum vxore
sua delitari: arca domini existente sub papi-
lionibus: & toto exercitu simul cum duce Io-
ab super faciem terræ manente. Videns au-
tem rex: quod adhortans & rogans nihil pro-
ficeret: aliud maius decreuit committere cri-
men: vt adulterium occultaret. Artem ex-
cogitat qua Vriam securus occidat. Literas
per eundem Vriam: ad Ioab belli ducem mā-
dat: scribens vt Vriam in bello constituat
in loco minus tuto: vbi vehementior & for-
tior esset hostium impetus: atque illic auxilio
suorum destitueretur: & sic percussus inte-
raret. Factum est ita vt rex per epistolam im-
perauit: & Vrias in bello occiditur. Quod
cum audisset Dauid: Bethsabee Vriæ vxor-
em accersit: & in domum suam introducit:
accipiēs eam in vxorem. O crudele facinus
O detestandam ingratitude. Non fuit



Homilia.

fatis esse adulterum: nisi etiam adulterium homicidio confirmaret. Quid non facies exca libido: quæ innocentem occidere non dubitas? Nōne cognoscis Dauid, quod magis dignus est Vrias: qui a te præmio donatur: quam qui morte plectatur? Mellite certe cor tuum debuisset Vriæ fidelitas: simplicitas: confidentia: zelus a deo feruidus: vt domicubare noller: eo quod arca domini maneret in papilionibus. Quid in Vria inuenis Dauid quod illum morti tradas? Estne crimen: nolle domi suæ cubare: & a propria vxore ob dei reuerentiam abstinere? Est forte peccatum: non coire cum vxore: vt adulterium tuum occulterur? Mortem quam tu ipse merebaris: inferis innocenti: & de te benemerito. Ille zelo dei feruet: tu cæca & dira libidine ardes. Ille a propria vxore abstinet: tu alienam quæris. Ille cōtra hostes tuos pugnat: tu contra militem tibi fidelissimum & benemeritum dimicas. O diram libidinem. O execrandum impudici amoris furorē qui benemeritos punis vsq; ad mortem: seruos fidelissimos tractas vt hostes. Verum iustus deus non ferēs atrocissimum crimen: misit ad Dauid Nathan prophetam qui illi dei nomine minaretur: vltionem denuncians a domesticis stupris: a filiorū morte: ab intestinis & plusquam ciuilibus bellis

Prima. Fo. 8.

Quo audito, tactus est Dauid dolore cordis intrinsecus: & cogitans vnde & quo deiectus esset: quo virtutis culmine in quæ & quanta vitia prolapsus esset, prorupit in lachrymas: & peccatum suum agnosces: ad dei misericordiam se vertit: illam per hunc salutarem psalmum implorans: vt precibus & gemitibus: peccati expiationem & pristinae gratiæ restitutionem impetrare valeret. Verū hic admonere oportet: vt nullus quālibet iustus: securus viuat sed semper cadere mereat. Quoniam Dauid qui ob eximias suas virtutes: in regem a deo eligitur: & prophetiæ munere: donatur qui saulem hostem: a quo ad mortem quætebatur cum occidere potuisset non interfecit: sed pepercit & tamen idem qui tunc hosti pepercit postea innocenti & quidem de se benemerito non parcat. Admonetur etiam peccator: vt propter quæcunq; scelera a se commissa: nūquam despondeat animum: nunquam dei misericordia diffidat: quoniam ecce Dauid peccauit: nec tamen leuiter, sed poenitentiam agens: misericordiam: quam petiit & in qua sperauit: consecutus est. Ad hoc etiam scriptura sacra talium virorum peccata commemorat: vt nos alienis periculis cautos efficiat. Ad hoc etiam eorum poenitentiam & veniam narrat: vt illorum exemplo nos doceat: nūquā de misericordia dei diffi-

Admonetur
iust.

Admonetur
Sicut Peccator.

01.051
01.001



Homilia

dendum. De statu ergo suo: David cadente nemo superbiat: de lapsu etiã suo, dauidca dente, nemo desperet. Admirabili ergo d' pensatione scriptura sacra eodem facto sup bos deicit: quo deiectos subleuat. Vnam si quidem rem gestam narrauit: & diuerso modo superbos ad humilitatem, & deiectos ad spei fiduciam reuocauit. O inestimabile noui generis medicamentum quod premendo tumentia exiccat: & subleuando arentia humectat. De maiorum nos lapsu terruit: sed de reparatione roborauit. Sic quippe semper nos diuina misericordia & super bientes reprimat: & ne ad desperationẽ corruamus fulcit. Quia igitur omnes ex hoc psalmo erudiuntur: iusti ad cautelam: peccatores vero ad spem & fiduciam: hinc est qd tituli initium est: in finem: quia videlicet nõ pro se solo David hunc psalmum composuit: sed omnibus in posterum vsq; ad mundi finem futuris: in hoc prospexit. Nam quotienscunq; psalmus aliquis inscribitur in finem: aut de Christo intelligendus est: qui finis est legis ad iustitiam omni credenti aut de nobis ipsis in quos fines seculorũ deuenerunt: aut de ecclesia & membris eius: quæ vsq; ad finem sæculi duratura est. Hunc igitur psalmum de David & de aliis peccatoribus: qui vsq; ad finem sæculi non

Ro. Io.
I. co. Io.

Prima. Fo. 9

non deficient: nunc interpretandum suscipimus. Sed qd psalmus iste apud latinos, & grecos: itato semper, & immobili ordine quinquagesimus sit: nou vacat mysterio presertim si cõsideremus, qd iuxta tps ordinem: locus hic illi non conueniebat. Nã si historię ordinem attendimus: multo prius esse debuerat quã tertius, & quã septimus: vt ex eorum inscriptionib; facile est colligere. Titulus enim tertii psalmi sic habet. Psalmus David: cū fugeret a facie Absalon filii sui. Cõstat autẽ prius Dauidem fuisse a propheta Natham de adulterio, & homicidio reprehensum: quã insurgeret contra illum Absalõ filius eius: vt illum regno & vita priuaret. Historia etiam quam titulus septimi psalmi indicat: inter ipsos Absalonis aduersus patrem rabidos furores cõtigit. Posteriora ergo cum sint hæc: quã ea quę psalmi quinquagesimi titulus indicat, colligitur vt non iuxta rationẽ ætatis suæ, psalm; hic quinquagesimo sit ordine locatus. Reliquum est ergo: vt iuxta mysticam aliquam significationem factum esse credamus. Eam obsecro nũc audite. Psalm; iste, vt omnibus apertissimum est, ad diuinam misericordiam implorandam, & remissionem peccatorum obtinendã compositus est. At quinquagesimus numerus remissio

Non vacat
myst. qd ps
iste, sit. 50.
apud latinos
& grecos.

III.



Homilia,

Exo. 19.

ni peccatorum multis rationibus est conse-
cratus. Nā lex quinquagesimo die ab exi-
tu ab ægypto data est. A pfectione siquidē
filiorum Israel ex ægypto: quadragesimo
et octauo die p Mosē ablui iubentur: vt
biduo purificati tertia die parati essent ad
legem accipiendam. Quæ ablutio nihil ali-
ud significat: quā remissionē factā in quin-
quagesimo die: vt purificati legem accipe-
rent. iuxta quam præteritis dimissis: opera
quæ in posterum facerent: examinatentur.
Quinquagesimum etiam annū: præcepit
deus vocari remissionem: sic enim ait. San-
ctificabis annū quinquagesimum: et voca-
bis remissionem cunctis habitatoribus ter-
ræ tuæ. Ipse est enim iubilæus. Quis ver-
bis aperte fatis ostēdit: quod a remissione
iubilæus dicatur. Nā cum dixerat: voca-
bis remissionem cunctis habitatoribus ter-
ræ tuæ: vt causam huius appellationis ex-
primeret: continuo subiunxit: dicens, Ipse
est enim iubilæus. Quis alius verior & me-
lior iubilæus quā vera pœnitētia? Per hanc
enim omnia peccata condonant. Per hanc
omne debitū remittitur: non solum vni aut
alteri: sed cunctis habitatoribus terræ. Iu-
bilæus anno quinquagesimo celebratur:
& remissio peccatorum per infusionē gra-
tiæ spiritualis habetur. Septenario etenim

Jubilæus.

Leui. 25.

Pœnitentia est
verus iubilæus.

Prima.

Fo. 10.

numero gratia septiformis spiritus designa-
tur. Septem autem si ducas per septē, fiūt
quadraginta & nouem: quem numerū an-
norum continuo sequitur quinquagesim⁹
annus qui iubilæus dicitur: quia per infu-
sionem gratiæ spiritus sancti: peccata om-
nia delentur. Vt autem quæ diximus pleni⁹
firmemus: videamus quā recte cœtera om-
nia quæ in iubilæo fiebant congruant pœ-
nitentiæ: vt merito dixisse censeamur: verū
iubileum esse pœnitentiam. In anno iubi-
læi: terra non serebatur: neq; illa quæ spon-
te terra proferebat: colligi permittebatur.
Populus vacabat cōiuijs: clāgebat tubis.
Seruus hæbræus manumittebatur. Omnis
possessio reuertebatur ad dominum suum.
Terra non seritur: quando caro nostra a ci-
bis & potibus quibus antea indulgebat: ab-
stinet. Caro em̄ nostra: propter peccatum
hanc suscipit maledictionem: vt cum colue-
rimus eam: spinas & tribulos germinet no-
bis. Serimus hanc terram: quādo in stoma-
chum cibos traicim⁹. Rigamus sillam: cum
infundimus potum. Mollimus terram: cum
corpus nrm blandis & delicatis vestib⁹ re-
gimus. Terra autē sic exulta: spinas & tri-
bulos germinat. Et caro nostra delicate nu-
trita: tētationes acutissimas ex se producit:
quæ animā pforāt. Quinquagesimo anno

Gen. 3.



Homilia,

Gene. 8.

terra nō serit: qm̄ q̄ vere p̄nitet: ieiunīs
carnem suā macerat: ne ad similia peccata:
aīam iterū impellat. Quē terrā hoc ē caro
nra: sponte p̄fert, nihilo meliora sunt, & iō
nunquā colligēda ab illo, q̄ vere p̄nitet:
Sensus enim, & cogitatio, & motus carnis
sibi relictae: semper in malum sunt. Popul⁹
conuiuīs vacat: qm̄ intellectus & volūtas
alternis se inuitant. Nam intellectus agno
scens peccati turpitudinē: inuitat volūta
tem ad odium. Nullus est enim, q̄ peccati
foeditatem agnoscens: non refiliat a malo.
Voluntas iterum cum peccatum oderit: in
tellectum illuminat: vt clarius peccati ma
liciam agnoscat. Ex cognitiōe enim auget
amor, & ex amore cognitiō: quē admodum
ex luce p̄dit calor, & ex calore lux. In iubi
lao iubetur populo, vt tubis clangat men
se septimo. Clangor iste: non est adhortan
tium ad pugnam, neq; vociferatio compel
lentium ad fugam: sed vox letantium erit:
consummatā designās victoriā. Septimus
mēsis: gratiā designat spiritus sancti. Clan
gunt ergo buccina mēse septimo: quia nō
carnaliter, sed spiritualiter letatur, qui p̄
nitet. Dolet enim, q̄a peccauit, letat: quia
se peccasse p̄nituit. Dolet q̄a vitijs olim
succubuit, letatur, quia postea eadem per
p̄nitentiā deuicit. De peccato igitur do

Prima.

Fo. II

let: de p̄nitentia vero letatur. Cur autē
non letabitur ipse peccator de sua p̄nitē
tia: cum in caelo fiat gaudium magnum su⁹ Luc. 15.
per ipsemet p̄nitentiā agente? Si enim
angeli letantur de profectu alieno: cur nō
letabitur p̄nitens de suo? Clangit ergo
tubis propter illam: quam de vitijs, quib⁹
ante cesserat: habuit victoriā. In iubileo
possessio omnis ante distracta ad dominū
suum reuertitur. Possessio nostra est illa fo
licitas, ad quam conditi a deo sumus. Nam
& patria nostra dicta est. Ipsa est enim pos
sessio: a qua primus parens noster: eiectus,
est. Ad hanc possessionē reuertuntur oēs:
qui in melius mutauerunt mentem suam.
Agite p̄nitentiā, inquit Christus seruus⁹ Matt. 4.
tor noster, & appropinquabit regnum cae
lorum. Possessio etiā nostra est quod vis
bonum opus: quo vitam illam aeternā pro
mereri possumus. Reliqua autē omnia: nra
dicēda non sunt: eo qd̄ illa quocūq; libue
rit: nobiscum ferre non possumus. Opera
autem bona: quoniā nunquā nos deserūt⁹ Apoc. I.
sed ex hac vita migrātes semp nos sequū
tur & comitant: merito possessionē nostrā
dicere possumus. Verum haec possessio p
peccatum amittitur: imo p̄ peccati momē
tanea delectatione cōmutat. Si enim iust⁹ Eze. 18.
auerit se a iusticia sua, ait dñs de⁹, & fe



Homilia,

Ioel, 2.

erit iniquitatem: omnes iusticie eius quas
fecerat: non recordabuntur. Ecce vides posses-
sionem distractam. Audi & vide quo pacto
pro poenitentiam: omnis hec possessio ad
dominum suum reuertitur: Redda: inquit
dominus: vobis annos quos comedit locusta:
bruchus: & rubigo: & eruca. Ecce a qua
munitis animalibus: tota nostra possessio
consumpta est: omnes nostrorum operum
fructus depasti. Dominus autem promittit
si poenituerimus se redditurum nobis om-
nes fructus quos illa comederunt. Per hec
quatuor animalia: Beatus Hieronymus in-
terpretatur quatuor animi perturbationes: a
quibus omnes animarum vitales fructus de-
uorantur. Duæ presentes: videlicet: lætitia
& tristitia sibi contrariæ. Duæ futuræ: contra
se inuicem pugnant: spes scilicet & metus.
His quatuor passionibus: quasi quatuor ro-
tis: omnis nostræ vitæ decursus voluitur:
aut enim tristes sumus & mœrore confici-
mur: aut contra gaudemus: gestimusque læ-
titia: & bona nostra moderantur ferre non
possumus: vir autem iustus & fortis: nec ad-
uersis deiscitur nec prosperis subleuatur: sed
vbi que modum tenet. Sunt alie: que ex futu-
ris commouent: metus scilicet & spes: aut enim
aduersa timemus aut prospera præstolamur.
Hæc dum supra modum nos exultare faciunt:

Prima. Fo. 12.

& illa plusquam decet nos timidos reddunt:
nostræ mentis statum euertunt. Possumus
etiam hoc aliter interpretari: ita: vt per hec
quatuor munita animalia: quatuor vitia si-
gnificentur: quæ totum mundum deuastant.
Eruca toto corpore repens luxuriam desi-
gnat. Locusta superbiam figurat: quoniam
locusta pedibus ambulare nescit: & cum alas
non habeat: volare nititur: qua propter in-
anes saltus facit: vt vel sic volare ab alijs
quamlibet deceptis credatur. Tanta est lo-
custarum impudens ambitio. Talis nimirum
sunt superbi: qui cum virtutes non habeant que
illos id altum subleuent: nituntur tamẽ ambu-
lare in magnis: & in mirabilibus super se. Amos 130.
bitunt primas cathedras & cupiunt ab om-
nibus vocari Rabbi. Gulam bruchus signifi-
cat: quoniam animal hoc cum sit minutum magnæ
voracitatis esse cognoscitur: quod veteres il-
lius satis aperte indicat. Cum enim n. puo sit cor-
pore: ventrem habet a deo magnum: vt nihil
aliud præter ventrem in suo corpore illum ha-
bere censeas. Sic etiam illi quorum deus ven-
ter est: tantum gulæ impendunt & seruiunt
vt nihil aliud curent: nil aliud cogitent. Erugo
denique auariciam denotat: quod vel ex
eo suaderi potest: quod erugo: ipsis infidet
metallis: illaque depascit. Auaricia autem in
rebus illis tota versatur: quas erugo & tis-
B iij



Homilia

ne demollitur. Quatuor itaq; hæc anima
lia: omnes terræ fructus come dunt, & qua
tuor præfata vitia omnes bonorū operum
fruges rodunt. Si quis tamen male actorū
pœnituerit: omnia bona, quæ ab istis pec
catis fuerunt cōsumpta: per pœnitentiam
recuperabit: iuxta promissionē dei dicen
tis. Reddam vobis annos: q̄ nos comedit lo
custa: bruch⁹, rubigo, & eruca, & hoc ē qd̄
de iubilæi virtute sub aliis verbis diximus
omnem videlicet possessionem: q̄ ante iu
bilæum districta fuerat: in iubilæo ad do
minum suū reuerti. Et hoc idem in pœni
tentia cōtingit: quoniam bona omnia, quæ
per peccatum amissimus: vera postmodum
succedente pœnitentia: recuperabim⁹. Ec
ce ergo quam sint similia iubilæus, & pœ
nitentia: ppter quod vnum: nomine alteri
us: merito significari potest. Cū ergo quin
quagesimus annus: fuerit a deo remissio
ni cōsecratus: oportuit: vt psalmus iste q̄
ad remissionem a deo implorandam cōpo
sit⁹ erat: quinquagesimo etiam locaretur
ordine: vt talem haberet sedem: qualē con
ditio sua requirebat. Nam gestorum ordi
ni, vt diximus, psalmorum ordo non con
sentit: quia non tam ordinem ordinis: quā
mysterium ordinis gestis voluit conuenire
& ita psalmus iste quinquagesimum obti

Toel. 2.

Secunda.

Fo. 15

nuit locum, vt psalmus remissionis, nume
rū remissionis haberet. Si ergo aliq; ad ve
rum iubilæum peruenire cupit: hunc salu
tarem psalmū corde magis quam ore dicat
& tunc verum iubilæum faciet, deo gratias
agēs pro reddita sibi suorum peccatorum
venia: omnem, quam perdiderat possessio
nē recuperabit: q̄ pristinae gratiæ restitue
tur, & gloriā tandē possidebit æternā, quā
nobis præstare dignetur Iesus Christus fi
lius dei: qui cum patre & spiritu sancto vi
uit, & regnat in sæcula sæculorum: Amen.

Homilia secunda.

Miserere mei Deus secundum ma
gnam misericordiam tuam.



olent, qui acerbissimo dolore
sic affiguntur: vt nullē iam ad
illum tolerandū suppetant vi
res, malorum q̄ sustinent enar
rationē prætereuntes, ad solū
auxiliū implorandū se cōuertere, ne forte
ea ipsa malorū suorū enarratio auxiliū mo
ram trahēs: illū diutius in doloris toleran
tia persistere cogat. Sic mihi nunc Dauid
fecisse videt: qui postquā a peccati letharō
go per vocem Nathan prophetæ fuit susci
tatus, intolerabilem vūlnerum dolorē tunc
sentite incipiens, quem ante a somno impe



Homilia,

ditus sentire non poterat: cōtinuo nulla malorum quæ sustinebat facta mentione, diuinam implorauit miām dicēs. Miserere mei deus: secundum magnam misericordiā tuā. Verū & si mala quæ sustinet enarrare omisit: satis tamē aperte ipsa sua petitione illa esse magna indicauit. Nam qui misericordiam petit: miseriam se habere fatetur: quoniam misericordia solis miseris est necessaria. Nullus est enim adeo demens vt foelicium & beatorum misereatur. Si quis non patitur, qui fieri potest vt aliquis ei compatitur: Tolle famem & non est cui porrigas panem. Tolle sitim & non est cui exhibeas potum. Tolle nuditatem & non est cui miseraris cooperiens illum. Tolle deniq; oēm miseriam & non erit cui præstes misericordiam: sicut sublatis coloribus & luce nō erit quid hic corporeus oculus intueri possit. Quia ergo misericordia circa solam miseriam versatur consequens est vt qui misericordiam petit, nisi demens ille sit, miseriam se habere cognoscat. Dauid ergo qui magnam implorat misericordiam: magnam miseriam se habere fatetur. Quapropter Dauidis & cæterorum omnium peccatorū miseriam nunc prius prodere oportet: vt pateat omnibus quam sit illis necessaria diuina misericordia. Nā pauperes eleemosynā

Secunda. Fo. 14

petētes vilissimas induūt vestes: easq; partes corporis denudāt: quæ vulnere aliquo sunt affectæ: vt sic facilius diuitū animos ad misericordiam flectere valeant. Adhūc modū ego nūc faciendū cēseo vt, s. magnā peccatoris miseriam ostendamus quo magis pateat illum diuina egere misericordia & quāta cū ratione Dauid, qui se olim peccasse iam cognoscit: eam nunc imploret.

Quāta sit peccatoris miseria deus apertissime expressit: cum peccatori cuidā, qui se diuitem, & nullius egentem iactabat: dixit.

Nescis quia miser es, & miserabilis, pauper, & nudus. Quibus verbis triplicem

peccatoris miseriam expressit. Paupertatem

scilicet cæcitatē, & nuditatem: quas omnes

sigillatim explicare oportet. Paupertatem: quidem vel potius inopiam miseriam

dixit iuxta mundi opinionem: qui beatum dicit populum: cui diuitiæ affluunt. Paupertas cōtemptibiles homines reddit. Paupertas risui homines exponit: & hāc extremā

esse miseriam censuit ille, qui dixit.

Nil habet infelix paupertas durius in se,

Quam quod ridiculos homines facit.

Paupertas (quod omnium grauissimū est) ad multa vitia sæpissime cogit. Multum deniq; miserabilem esse pauperis cōditionē: vel ex eo constare potest: quod quocunq;

Lu. 14. 13. mi
Sena pecca
toris.
1. mi sena.

Iuuenas
lis, Sat. 3



Hómilia,

se vertat, miseriam fugere non potest: quoniam si petit pudore confunditur: si non petit, egestate consumitur. Quanta autem sit peccatoris paupertas nemo plene scire potest: nisi qui bene sciuerit, quæ sint veræ diuitiæ. Vere autem diuitiæ non sunt, quas erugo, aut tinea demolitur, aut fures rapere possunt. Illæ enim non satiant animum imo magis sitire faciunt: sicut aquæ falsæ de quibus quidam egregie dixit.

Ouidius Quo plus sunt potæ, plus sitiunt aquæ. Terrenæ etiã diuitiæ animû inquietât etiã cû possident. Auarus, enim eas habes maxima cum sollicitudine, & diligentiâ custodit, quæ cum graui labore meminit acquisisse. Ne ergo eas amittat, oēs metuit, omnes habet suspectos: amicos etiã: insup & seipsum. Ob quã causam Christus seruator noster

Matt. 13. in parabola seminantis eas spinis comparauit: quoniã pungût animum perinde ac illæ corpus. Verè ergo diuitiæ non sunt, quæ tam inquietum animum reddunt: tanquã sitibundum, & famelicum. Hinc est, quod

Luc. 16. Christus assertor noster vocat eas mammona iniquitatis. Sed quare iniquitatis? quare forte illæ iniquæ sunt? Absit. Vidit enim deus (vt ait Moses) cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Dicunt mammona iniquitatis, quia eas iniquas sola appellat diuitias: quæ

Secunda. Fo. 15

in sola iniquorum estimatione diuitiæ sunt. Vnde colligimus aliam esse mammonam bonitatis, illæ videlicet diuitiæ, quas soli iusti putant esse diuitias, quales sunt bona illa superna, & nunquã peritura: virtutes omnes, quæ etiam in hoc sæculo possidentur. Veræ diuitiæ sunt fides, spes, charitas, iustitia, fortitudo, temperantia, prudentia. Nam prudentiã esse sapiētis diuitias testatus est Salomon dicens, Corona sapiētium diuitiæ eorum. Vt aut per diuitias non metella terrena, sed prudentiam se intellexisse ostendat: illico per contrarietatem subdidit. Fatuitas stultorum imprudentia. Si enim coronam sapiētium terrenas diuitias dicere voluisset: proculdubio fatuitatem stultorum paupertatem potius quã imprudentiã dixisset. Sed dum fatuitatem stultorum imprudentiã appellauit: quã sapiētium diuitias prudentiã dixerit satis aperte innuit. Hæ sunt veræ diuitiæ quoniã animû satiant: & quæ eas habet quisque sua sorte contentus viuūt. Si vis cognoscere quanto meliores diuitiæ sunt istæ, quam aliæ: ostendam tibi testimonio ipsius etiã auari. Nã si auarus habet seruû fidelissimum, dicit, habeo seruum, qui non habet precium. Credis forte illum bene saltare, aut bene pigere, aut bonum esse architectû: aut aliud quodvis



Homilia,

tuto id facere non potest: quoniam ignorat
an ipso secretum alteri reuelante: quispiam
alius sit praesens. Si aliquis illum velit occi-
dere: seipsum defendere non valet. Facillimus
est ad deceptionem. Saepe ubi nullum
est periculum timet. Quando latere se cre-
dit: omnibus patet. Saepem denique habet comi-
tem tristitiam: quod testimonio senioris
Thob. 5. Thobiae probatur: qui cum caecus esset di-
cebat. Quale gaudium mihi esse potest, qui
in tenebris sedeo, & lumen caeli non video?
Talis est per omnia peccator. Nescit enim
ille gressus suos dirigere: quoniam ambulat per
viam, quae sibi videtur pulchra, & recta: non quia
tamen illius ducunt ad mortem. Offendiculum
la cauere nequit: quia in vno peccato existens
non potest diu persistere: quin offendant in
alio. Propter quod merito Sophonias pro-
Soph. I. pheta (de peccatoribus loquens, ait) Ambu-
labunt, ut caeci, quia domino peccauerunt. Ut
caeci quidem: quia ambulantes pedibus offen-
dunt: perinde ac illi. Latere se credit: cum ta-
men coram multis testibus peccata commit-
tat. Nam videt illum Deus: videt angelus
bonus: videt etiam angelus malus. Nec solum
hi vident: sed etiam contingit saepissime: ut
cum a pluribus hominibus peccata illius sciantur
ille tamen latere se putet. Quia enim
videntes se non videt, se quoque non videri
putat.

Secunda: Fo. 17

putat. Aduersa mundi huius quae tantitas
cienda non sunt ut timeantur, haec timeri:
mortem autem eternam quae cunctis formis
dabilibus horribilior est, non timet. Propter
Eccle. 8. quod de illis ait sapiens, Sunt impii qui ita se-
cui sunt quasi iustorum facta habeant. Ha-
bet denique peccator secum perpetuam comi-
tem tristitiam: quoniam & si foris laetari
videatur: intus tamen magno maerore con-
ficitur: Quale gaudium habere potest ille
quem sua semper conscientia accusat? Vi-
des iam quantum inter peccatorem & caecum
conueniat. Huius autem caecitatis causam
expressit sapiens cum dixit. Malitia eo-
Sap. 2. rum excaecauit eos. Et Aristoteles in ethi-
cis ait: omnem malum esse ignorantem: non
quod semper ab aliquo censendus sit malus: quia
ignorans: cum aliqua possit citra culpam ob-
reperere ignorantia: sed vice versa semper ali-
quis dicendus erit ignorans si fuerit malus.
Voluntas enim saepe (ut ille ait) trahit ad se
iudicium rationis: ita ut iuxta voluntatis ar-
bitrium saepissime intellectus censeat: illa
bona esse iudicans quae voluntati placere con-
gnouerit: illa vero mala quae voluntatem
odisse viderit. Omnis ergo peccator caecus
est a propria malitia excaecatus: quidam fu-
mo superbiae, alius puluere auaritia, alius
stercore deliciarum excaecatus. Tertia peccata



Homilia,

Ecatoris miseria & non parua est nuditas. Nudus enim expositus est frigori & aestui: quia non habet vestes: quibus a gelu & ardore aqua & vento protegi possit. Nudus verecundiam patitur. Nam Adam cum se post peccatū in Paradiso absconderet: deo illum querenti: dixit. Timui: eo quod nudus essem. Quo loco (sicut alibi in sacris literis saepe) timor pro verecundia subrogatus est. Quanta denique sit nuditatis verecundia beatus Paulus testatur: qui eam inter magna enumerat incommoda: dicens. Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? Vides inter quae mala recensuit etiam nuditatem: ut eam magnam esse miseriam vel hoc argumento agnoscere valeas: Miser ergo hac rarione est peccator: quod nudus est. Nam peccator omni tētationi expositus est: quem admodū nudus frigori & aestui: quoniam gratia dei que illum ab omni tentatione defendere posset: caret. Charitas enim suae gratia vestis est quae peccata praeterita ne videantur operit, & a futuris ne laedant protegit. Tam vides quanta sit peccatoris miseria: quod pauper est caecus & nudus. An his aliquid addi potest? Certe si cum his omnibus saluate frueretur aliquid felicitatis haberet: sed

Gen. 3.

Ro. 8.

4. mi 5^a

Secunda. Fo. 18

ut miserim? esset peccator praeter haec omnia est etiam tot vulneribus confectus: ut de illo dicat Esaias. A planta pedis vsq; ad verticem non est in eo sanitas. Intellectus namque hebetatur: memoria non continet: voluntas tepescit: concupiscibilis effrenata: irascibilis timidor efficitur: nulla est denique in eo sanitas. Talis est peccator qualis Iob tentatus & a demone percussus describitur. Nihil enim prohibet bonum virum figuram gerere peccatorum cum alibi saepe vice versa ea quae male gesta sunt figuram bonorum habeant. Nam Bethsabee quae se in balneo lauans placuit Dauidi (interpretantibus Hieronymo Gregorio Cassiodoro) ecclesiam significat quae lauacro baptismatis purificata placuit Christo. Quare ergo Iob quantlibet iustus fuerit non poterit figuram gerere peccatorum? Iob ergo (ut illius historia testatur) percussus est vlcere pessimo a planta pedis vsq; ad verticem capitis qui testam radebat sedens in sterquilinio. Similiter per omnia est huic imagini peccator. In sterquilinio sedet qui rebus mundi huius afficit. Nam si omnia quae in hoc mundo sunt, iuxta Pauli aestimationem, sunt stercorea: quid erit mundus ipse nisi sterquilinum quoddam? In sterquilinio ergo sedet qui in mundo fit affectum. Percussus est etiam vlcere pessimo

Esa. I.

11. 11

2. 11

1. 11

Tob. 2.

Phil. 3.

C ij



Homilia,

mo a planta pedis vsq; ad verticem capitis quia nullae st aiaē portio aut vis quae a peccato laesa non sit. Sanies vndiq; fuit: quia corruptus affectus ad omnes corporis sensus deriuat. Sed testa saniem radit: quia ab huiusmodi malis sola Christi morte se credit liberandum. Testa haec Christi corpus designat quoniam testa cū ex luto fiat igne tamen decocta arescit & durior fit. Sic Christi caro igne passionis decocta aruit quem admodum ipsemet ait. Aruit t̄quam testa virtus mea. Sed inde durior euasit quoniam resurgens ex mortuis iam non mori mors illi vltra non dominabitur. Hac testa sanie peccatorū radit cū per sola passionis Christi merita se putat esse saluandū. Hac testa saniem radebat qui dicebat. Mihi autē ab sit gloriari: nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Ecce miserrimam peccatoris conditionem quoniam pauper est: cecus & nudus insuper percussus vlcere pessimo. Propter quod Dauid in alio quodam psalmo appellauit peccatum quendam miseriarum lacū. Nam agnoscens beneficium quod deus illi contulit cum illum a peccato liberauit: ait. Eduxit me de lacu miseriae. Cum ergo tanto sit peccator barathro miseriae inmersus: nec aliunde illi pateat remedium vt ab illa subleuari valeat: reliquum est vt ad deum

ps. 21.
Ro. 6.

Gal. 6.

ps. 55.

Secunda. Fo. 19.

conuertatur & cum Dauid dicat. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Ego enim peccator sum percussus vlcere pessimo: sanies vndique fuit. mala. s. operationis consuetudo: tu testa es qui radere vales hanc saniem: qui destruere potes peccatum obuiare malae consuetudini. Miserere ergo mei tu qui solus potes misericordiam praestare. Rade saniem tu qui solus tollis peccata mundi: vt sic sanitati restitutus tibi mente & corpore seruire valeam donante Iesu Christo filio tuo qui tecū & cum spiritu sancto viuit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

Homilia Tertia

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.



V distis peccatoris miseriam quae illum ad diuinam implorandam misericordiam compulit. Nunc iam ipsum peccatorem misericordiam implorantem audite. Miserere (inquit) mei deus. Reus in causam ductus considerat iudicem suum esse a deo sapientem: vt nullus illi imponere valeat a deo iustum & rectum vt a vera iustitia vellatum pilum discedere non possit: a deo denique scit illum esse potentem.



Homilia,

vt volūtatī illi⁹ nemo obfistere queat: cū ergo nullū reme diū præter diuinā miām sibi relictu agnoscat: ad eā tanquā ad asylū confugit dicens, Miserere mei de⁹. Ac si diceret. Scio qd feci: q̄ & quales poenæ meis criminib⁹ debeant nō ignoro. Scio qd̄ effugere nō possum. Si eū voluero peccatū meū abscōdere: scio qd̄ nosti oīa: & qd̄ nihil ē tā occultū qd̄ nō sit nudū. & apertū corā oculis tuis. Si voluero tibi resistere: scio qd̄ es op̄s & nō est qui possit resistere voluntati tuæ. Si voluero effugere, scio qd̄ vbiq; es. Quo ergo ibo a spiritu furoris tui: & quo a facie tuæ iustitiæ fugiā nisi ad miām tuā? Misere ergo mei de⁹. Tu qs es? Dicitō nomē tuū forte si personam agnouero citius ad miām flectar. Timeo nomē meū dicere & erubesco manifestare psonā: q̄a quanto ante culpam tibi familiarior fui: tanto magis confundor post culpā agnosci. Et quo plura maioraq; a te suscepti on̄ficia: eo magis vereor de ingratiudine argui. Intellexistis vt puto quā ob causam Dauid miām petens nō dixerit. Miserere Dauid sicut alias dixit: Memento dñe Dauid: Aut sicut alias blandiens dixit. Filius ancillæ tuæ: aut puero tuo: quia hæc noīa familiaritatis sunt & ideo magis occasionē cumulandi culpā quā minuēdi tribuerent. Discat hic peccator quantā eum humili-

Hest. 15.
ps. 131.

ps. 31.
ps. 115.
ps. 68.

Tertia. Fo. 20

litate & quāta cū verecundia deum precari debeat: ita videlicet vt culpā suā agnoscat: cens præ verecundia nō audeat apparere corā deo sicut de publicano illo i tēplo orate apud Lucā legit: qd̄ nō audebat oculos ad cælū leuare. prout etiā nunc facit Dauid q̄ nō audet nomē suū proderere: sed tantū dicit Miserere mei deus. Miserere quidē: q̄a nisi tu miserearis: peris. Nolo intrare tecū in iudiciū: q̄a nō iustificabit in cōspectu tuo oīs viuēs quāto magis ego peccator maximus. Peto vt vel paululū rigorē iustitiæ mitiges: quoniam hoc peccati miseria exigit: ne peccator districte iudicatus: pareat. Sic enim Moysen fecisse legimus: qui videns vitulū quem filii israel: vt adorarent fecerant: iratus est valde: proiecitq; de manu tabulas: & confregit eas ad radicem montis. Quare populo peccante Moyses tabulas frangit: Est ne forte peractę idololatriæ antidotum tabularum fractio? Quasi tabulis fractis: illi statim resipiscere debuissent: & peccatum cum fractione tabularum delendum esset. Curigitur hæc fecerit: merito perferendum est. præsertim cum non sine causa illum fecisse credimus. Vt populo parceret tabulas eum fregisse suspicor, quoniam nisi tabulas fregisset populo non percisset. Nam lex dicit. Qui immolat

Luc. 18.

ps. 142.

Exo. 32.

Exo. 22.



Homilia,

dijs: occiderur: præter quam dño soli. No-
lutigitur Moyses cum tabulis (hoc est cū
rigore legis) ad populum delinquentem ve-
nire: sed tabulas fregit: legem euacuauit: vt
populo delinquenti parcere potuisset. Pa-
rum certe pfuisset deum oratione sua plac-
care: si ipse legis rigore vtēs, eos occidisset.
Ad hunc modum cum prælatus aliquis in-
stigante pietate non iuxta legis rigore pec-
cantem subditum punit: sed illi miseretur:
timēs ne ex atroci punitione exacerbatus
in peius ruat: tunc tabulas frangit & legis
auctoritatem relinquit. Hoc autem nullus
sanæ mentis dicet esse peccatum: si instigā-
te charitate, id factum fuerit: cū videlicet
remissioe illa, prælatus spiritali subditi sa-
luti prospicit. Pastor enim non tam curare
debet legis & statutorum obseruantiam
quam ouium suarum ædificationem & pro-
fectum. Si timet ex obseruantia legis sub-
ditum deteriore fieri: et sperat, per mansue-
tudinē et misericordiam se lucraturum
subditum: rigorem legis eum flectere oportet:
vt subditi animam, pro qua deus morti
dignatus est, lucratur. Nam Moyses, pro
eo qd tabulas fregit, nusquam legitur a do-
mino reprehensus. Deo etiam hoc idē quo-
tidie facit: quoniam vt peccatoris misereatur,
legis tabulas frangit: peccatorem non

Tertia.

Fo. 26,

iuxta legis rigorem iudicans. Omnis enim
peccator quasi idololatra æstimat: quoniā
creaturis quasi quibusdam idolis deseruit:
illas super omnia amat: in illis spem suam fi-
git: et ob hoc dignus morte, censendus. At
deus pietissimus, non vult mortem pecca-
toris, sed magis vt conuertat a via sua ma-
la, et viuat. Misericordia dei obstat, ne pec-
cator continuo post commissum aliquod
scelus, sit morte consumptus. Quando ergo
deus peccatorem ad penitentiā expectat:
vt respiscat a laqueis diaboli, a quo ca-
ptiuus tenetur: quando allicit: quando ad
pœnitentiā recipit: tunc tabulas frangit:
quoniam non secundum legis rigorem illū
iudicat. Nā si sic iudicasset ille: perisset iste.
Verum admonitione carere non debet, qd
legis tabulæ, ad radicē montis fractæ sunt:
quoniam et hoc non vacat mysterio. Per
hoc enim docemur, qd morte Christi iter-
cedente, rigor legis fuerit mitigatus, imo,
vt verius dixerim, graue iugū legis, quod
patres nostri portare non potuerunt, fuit
omnino sublatum. Mōs ille in cuius radice
tabulæ fractæ sunt, Christum figurat, qui
iuxta Esaiæ vaticiniū: est præparatus mōs
domus domini in vertice montium: et ele-
uatus super colles, qm̄ Christus etiā vt ho-
mo, & hoies et angelos, oēs in virtute supe-

Eze. 18.

Thre. 5.

2. tim. 2.

Act. 15.

Esa. 1. e.



Homilia

Co. II.

Luc. 23.

rat. Huius motis pes, aut radix, Christi corpus est. Sicut enim caput in eo, iuxta Pauli sententiam, est diuinitas: quia cæteris illius substantiis præminet: ita etiam corpus illius, pes illius nõ in merito dicitur: quia in finimum trium: quas ille complectitur substantias. In pede aut radice montis tabulæ fractæ sunt: quia Christo patiente: in corpore illius rigor legis, fractus est. Nonne fractus est rigor legis: cum pendens in cruce Christus dixit latroni: hodie mecum eris in paradiso? Tunc, fractæ sunt legis tabulæ: cum portæ paradisi quas nobis peccatū clauerat: aperiri ceperunt. In radice ergo motis, tabulæ fractæ sunt: quoniam meritis passionis Christi habemus: quod deus, non iuxta legis rigorem, nos iudicet: sed potius, rigorem mitigans, misereatur nostri. Populo peccante, legis tabulæ frangunt: quia opus est, legis duriciam frangi, vt peccatori misericordia præstari possit. Et ob hanc causam Dauid qui se peccasse cognoscit, timens ad gnomonem legis examinari: petit vt tabulæ frangantur: vt rigor legis mitigetur: dicens, Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Magnam misericordiam petit: quia magnam se pati miseriam agnoscit. Nam magna miseria, magna indiget misericordia, quæ illam subleuare valeat. Dauid itaque qui se graui

Tertia. Fo. 22.

ter peccasse agnoscit, magnam implorat misericordiam, quæ tam alto vulnere mederi possit. Verum percontabitur aliquis & merito, an sit aliqua misericordia dei pua, præsertim cum de illa dicat sapiens. Secundum magnitudinē ipsius, sic & misericordia ipsius cum ipso est. Deus autem cum sit infinitus: cuius magnitudinis nullus est finis: consequens est, vt misericordia illius: etiam sit infinita. Si infinita est, qui fieri potest: vt parua sit? Si nulla est in deo misericordia parua, cur ergo Dauid petens a deo vt sui misereatur, non qualemquæ misericordiam petit: sed magnam? Secundum inquit magnam misericordiam tuam. Quasi si sit aliqua pua dei misericordia. Illuminet deus intellectum nostrum, vt aliquid deo dignum dicamus. Deus, cum sit infinitus & summe simplex, quicquid habet, & in se continet, oportet vt infinitum etiam sit, perinde ac ipse. Nam si aliquid contineret in se quod infinitum non esset: illud, deo idē nõ esset, sed ab eo longe diuersum. At si aliquid in deo esset, quod deus non esset: deus, summe simplex non esset. Est autem deus summe simplex. Omne ergo quod in deo est, deus est: & per consequens, eadem mensura, qua ille, metiendum. Deus autem infinitus est, omne ergo quod in deo est, infinitum est,

Eccl. 2.



Homilia,

vt ille infinitus est. Infinita ergo est illius misericordia, infinita illius iustitia: infinitae omnes reliquae virtutes: quas illi sacra tribuit scriptura. Verum & si illius misericordia ad se relata, infinita dicatur & sit: ad opera tamē relata, talem suscipit magnitudinis nomenclaturam, qualem opus ipsum, a misericordia dei procedens. Quando ergo deus magnum remittit peccatum: magnam impēdisse misericordiam dicitur: quando vero paruum condonat peccatum: paruum. Dauid ergo magna se indigere misericordia conspicit: quoniam magnum crimen se commississe cognoscit. Quapropter merito misericordiam implorans: ait. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Desperare utique potuissem nisi magnam esse tuam misericordiam agnouissem. At cum probe sciam, tuam misericordiam maiorem esse quam quæuis hominis iniquitas, quamlibet magna: ideo sic in te vno confido, vt quamuis peccatum meum, ob multas causas, grauissimum esse sciam, nunquam animum meum despondere possim. Sapientia vincit malitiam: non autem victrix sed victima merito cēseretur: si aliquod esset peccatum, cui parcere: aut non posset aut nollet. Cum ergo omnem malitiam sapientia vincat consequens est, vt nullum sit pecca-

Sap. 7.

Tertia. Fol. 25.

tum cui parcere non possit: Magna ergo dei misericordia, quæ omni peccato quamlibet magno subuenire potest. Magna quippe est dei misericordia iuxta omnes magnitudinis species. Est enim longa lata, crassa sine profunda: Lata est iis, qui per viam perditionis, que lata est, ambulant. Lata siquidem (vt Christus seruator noster ait) est via, quæ ducit ad perditionem, Misericordia ergo, quam deus: iis qui in hoc mundo sunt: exhibet, lata est: quoniam misericordia dei plena est terra. Longa est misericordia erga illos qui sunt in caelo, quibus etiam deus misericordiam præstat, cum gloriam quam illis non debebat, tribuit. Quæ misericordia longa esse dicitur, propter longissimam beatitudinis durationem quæ finem nunquam est habitura. Profunda idem merito dicitur misericordia diuina: propterea quod vsque ad inferorum profunda se extendit. Nam illi etiam diuinam in se experiantur misericordiam. Verum et si de iis, qui in mundo hoc viuunt, apertissime cōstet eos quotidie diuinam in se experiri misericordiam de illis tamen qui sunt in caelo aut in inferno, forsitan aliquis merito dubitabit. Nam cum gloria sit debita, tanquam merces mercenario: qui fit: vt sit misericordia, cum iusto bene operanti gloria tribuitur: Dig. Luc. 10.

Mat. 1.

Ps. 32.



Homilia,

nus ē mercenari⁹ (ait Saluator noster) mercede sua. Vbi autem dignitas est, iustitiam ibi adesse cōvincit. Præterea, p̄mio aliquē donare, ad iustitiam spectat, non autem ad misericordiam. Iustitia ergo fit, cum iusto gloria tribuitur: quo fit vt nullus illic sit misericordiæ loc⁹. Fatemur quidem iusto debitam esse gloriam, quia promissam: quod si promissa non esset, nō illi deberetur. Nō enim a deo bona sunt, hominum quamlibet iustorum opera: vt gloria æterna digna censerī debeant. Paulo attestante, qui ait. Non sunt condignæ passionēs huius sæculi, ad futuram gloriam, que reuelabitur, in nobis, Sed quod a se inæquale erat, promissione & pacto interueniente, factum est æquale. Et ex hac diuina promissione ortum est meritum nostrum: quod theologis scholasticis placuit appellare meritū de cōdigno. Sed hæc fuit immensa dei erga nos misericordia, quod gloriam sempiternā quæ omnia nostra bona opera, multis calculis, ante cellit, vsq; ad nostrorum operum valorem depressit: cum illā pro nostrorum laborum mercede, se daturum spondit. Et hoc est quod nostri theologi dicunt, præmium videlicet quod deus nostris laborib⁹ tribuit, excedere semper nostrorum laborum dignitatem, Dignitatem quidem natura-

Tertia. Fo. 24.

turalem, quam videlicet illis tribuit natura non quam gratia dei interueniente, susceperunt. In hoc ergo diuina relucet misericordia, quod gloriam sempiternam iustis tribuit: quam per naturam suorum operū valorem consequi non possent. Et ad eundem modum explicari potest misericordia, quā deus impendit ijs qui sunt in inferno. Nam & si illos scdm iustitiam puniat: non tamen sic punit, vt suam illis omnino subtrahat misericordiam. Punit enim eos infra suorum scelerū merita, non tantas ab illis exigens poenas, quantas eorum peccata merebantur: sicq; fit, vt iudicium diuinum, iuxta sententiam Iacobi apostoli, comite semper misericordia, sit super exaltatum. Hæc est ergo illa largissima & benignissima dei misericordia, qua semper, cum præmio afficit aliquē, ultra meritum donat: cum autem punit, citra. Nam deus, vt ait Esaias, mensus est pugillo aquas: & coelos palmo ponderauit. Coelorum nomine, iusti designantur, aut gloria quæ in cœlis habetur. Aquarum vero nomine, peccatores qui labuntur & mollescunt: aut poenæ, quæ illos constringunt. Coelos ergo palmo ponderat, quia cum iustos præmio donat: ultra illorum merita se dilatat. Aquas pugillo metitur: quia peccatores minus quam illorū merita exigūt,



Homilia;

punit. In palmo enim manus plus solito dilatatur & extenditur. In pugillo vero contra, manus contrahitur & breuior fit. Ecce iam patet immensa misericordiae diuinæ magnitudo, quæ tam lata est, vt omnibus in hoc mundo degentibus, qui latam viam habent, succurrat. Tam longa, vt finem nesciat quoniam in sæculum sæculi, beatos sua visione fatiat. Tam denique profunda, vt ipsam etiam inferorum profunditatem pertingat: illos minus quam eorum merita exigebant puniens. Deinde, vt hæc diuine misericordiae magnitudo clarius innotescat: doceam illam esse magnam aliunde: ex locorum scilicet varietate, qui lex esse dicuntur: sursum & deorsum, ante & retro, laeuorsum & dextrorsum. Hi, triplici quantitatis mensioni respondent: cuiuslibet mensioni duos tribuendo locos. Nam sursum & deorsum: respondent crassitudini sue profunditati. Ante & retro, longitudini. Laeuorsum & dextrorsum, latitudini. Misericordia ergo dei, inde magna esse conuincitur: quia vndique nos circumdat. Superne nos protegit, contra spiritualia nequitiae in caelestibus, idest, contra spiritualium nequitiarum tela, quæ in nos spiritus illi mali: qui e caelo deciderunt, vibrant. Inferius, contra versutias callidissimi serpentis, qui nostris calcaneis perpetuo insidiatur

*magna est
etiam, ex loco
f. immutata*

Eph. 6.

Gen. 3.

Tertia. Fol. 25.

fidiat. A fronte, nos protegit: contra imminetia peccata nos muniens. A tergo nos defendit, a præteritis peccatis, ne videlicet iterum redeuntia nos incautos opprimant. A dextris nos protegit, ne prosperis superbiamus. A sinistris denique nos defendit: ne animum nostrum quæ vis aduersitatis detijcere valeat. Magna esse diuinam misericordiam satis aperte, (vt aestimo) iam contuincimus. Secundum hanc ergo magnam misericordiam, peccator petit, vt deus illius misereatur, dicens. Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam. Ac si diceret. Præterita peccata condona, et a futuris custodi: & sic tuæ misericordiae longitudinem ostendes. A dextris et sinistris, protege: ne prosper rerum successus me fallat: aut aduersus deiciat: vt vel sic, tuæ misericordiae latitudinem experiat. Vt autem tuæ benignissime misericordiae altitudo in me ipso reluceat: superne contra spirituales dæmonis nequitias me protege: vt te protegente, et miserante, æternam valeam consequi foelicitatem in qua perpetuo experiar tuam misericordiam, quam nobis præstare digneris per meritum Iesu Christi filij tui, qui tecum & cum spiritu sancto viuunt & regnant in sæcula sæculorum Amen.

D



Homilia,
Homilia, Quarta.

Et secundum multitudinem miserationum
tuarum dele iniquitatem meam.

Peccatum Davidis non solum
fuit magnum, verū etiam multu-
plex. Nam fornicatus est: eo
quod ad nō suam accessit: quia
nō alienæ adhæsit uxori adul-
terium commississe censetur. Homicidā fuisse,
testatur cædes Virg innocentis: eiusdem
Virgæ fidelitas simul & confidentia conuincunt
David fuisse proditorem. Qui ergo
prius pro peccati magnitudine, magnam
petiuit misericordiam, nunc etiam pro peccati
multitudine, miserationem petiuit. Cog-
noscebat siquidem David peccata sua fuisse
multa: quibus delendis non satis esse pu-
tabat vnam misericordiam: ideo multitudine
miserationum petit, quæ multis peccatis
subuenire possit: dicens. Et secundum
multitudinem miserationum tuarū dele in-
iquitatem meam. Vel (vt translatio Hierony-
mi iuxta hebraicam veritatem habet) Dele
iniquitates meas. Nouerat quippe David
multas esse dei misericordias, q̄ in alio quo-
dampsalmo ait, Misericordias tuas multę do-
mine. Quas quoniam in se expertus erat:

Ps. IIS.

Quarta. Fo. 26.

vitem pro illis, deo referre cupiens, quasi
quodam gratitudinis simbolo, ait, Misericordias
domini, in æternum cantabo. Multas
dixit esse dei misericordias, qm̄ & si vni
ca sit tantum, dei misericors & benigna vo-
luntas, multa sunt tamen quæ deus nostri
miserat̄, in nobis quotidie operat̄: ob quā
causam, multas esse dicimus dei misericor-
dias, nomen causæ, pro nomine effectus sus-
mentes. Tanta est misericordiarum domini
multitudo: vt illis enarrandis, homo nō suf-
ficiat: etiam si omnia eius membra verterē-
tur in linguas. Nihil est enim a summo vsq̄
deorsum, in quo non resplendeat diuina mi-
sericordia: quoniam illa, super omnes crea-
turas, diffusa est: quemadmodum idem pro-
pheta in alio psalmo ait. Suauis dominus vni-
uersis, & miserationes eius super oīa opera
eius. Vniuersis quidem, quia solem suum
oriri facit super bonos & malos: & pluit super
iustos & iniustos. Super omnia opera
sua effudit suam misericordiam: cum totum
hunc visibilem mundum condidit. Condēs
siquidem creaturas, tribuit illis vt essent:
quod nec illis debebat, nec a seipsis vilo pa-
cto habere poterant. Qua in re, aperta est
dei misericordia, propter quod psalmus post
quam dixerat: miserationes dei esse diffu-
sas super omnia opera eius, statim subiungit

Ps. 88.

Ps. 144.
Mat. 6.

id est H



Homilia,

xit. Confitentur tibi domine omnia opera tua. Ac si diceret, Omnia opa tua te laudare tenentur, quia tu in omnia illa, tuam effudisti misericordiam. Deinde super omnia opera sua, effudit suam misericordiam: quia omnia opera sua: testantur misericordiam quam homini exhibuit: cum illa omnia, non sibi, sed homini condidit. Nam si sibi condidisset: potentia eius, aut sapientia laudari potuisset: nunc vero, quoniam hæc omnia nobis condidit: immensa illius manifestatur misericordia. Nobis siquidem germinat terra herbam virentem, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta gen⁹ suum. Nobis producunt aquæ pisces, & reptile animæ viuentis. Nobis spirant venti fluunt amnes: scatent fontes: stagnant lacus: aestuant maria. Nobis voluntur in gyrum cælesti lucet sol per diem: & luna cum stellis per noctem. Nobis pendulæ nubes umbram faciunt, & agros irrigant: vt aquis receptis, nobis inde fructus proferant. Et vt nihil sit, quod nobis non dederit diuina misericordia angelos etiam qui multo dignioris naturæ quam nos sunt, nobis etiã dedit: sicut Paulus in ea quæ ad hæbræos est epistola, de illis loquens, docet, ita inquit. Nonne omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem

Hæbr. 1.

Tertia.

17.

capiunt salutis? Quicquid ergo homo habet (habet autem omnia: quandiu habuerit in corde suo deum) totum hoc, misericordiam dei imputet, oportet. Quod homo viuuit, quod comedit, quod dormit, quod viuigilat, quod recte valet, quod ægrotat, quod prosperis fouetur, quod aduersis deijcitur, quod in aduersis consolationem recipit, quod illa patienter tolerat, quod ab aduersis eripitur: hoc siquidem totum misericordiam dei tribuere debet: quia totum a diuina misericordia procedit. Non enim minus misericors est deus: cum aduersa mittit: quam cum prospera: sicut non minus misericors est chirurgus, cum ligat, secatur, aut vrit: quàm cum oleo vngit, aut alijs lenioribus fomentis medetur. Nam hæc ipsa mala frequenter mittuntur a miserante deo, vt vel nos purget a sceleribus commissis: vel deterreat a committendis: vel vt virtutis exercendæ materiam subministrant. Nonne misericorditer agit pater cum filium corripit? Sic deus tanquam benignus pater misericorditer agit, cum castigat eum quem diligit: & corripit omnem filium quem recipit. Sic enim ipsemet testatur in quodam psalmo dicens ps. 88. Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint: visitabo in vitæ gainiquitates eorum, & in verberibus pec-

Heb. 12.

ps. 88.



Homilia,

Tob. 2.

ps. 8.

.51. d. 1.

.32. 2.

cata eorum, Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque nocebo in veritate mea. Siue ergo deus prospera mittat, siue aduersa: gratias illi pro omnibus reddamus quia haec & illa nobis confert, semper nostris commodis consulens. Haec enim ut arbitror est causa, propter quam Iob, ait. Si bona suscepimus de manu domini, mala autem quare non sustineamus? Quia videlicet sciebat Iob, quae in nostram utilitatem deum praestare mala ac bona. Sed post has omnes misericordias, succedit alia omnium maxima hominis videlicet iam creati reparatio, atque redemptio. Nam hoc multo mirabilius est: quam condidisse hominem, illique totam hanc mundi fabricam subiecisse, oues, scilicet & boues vniuersas, insuper pecora campi, volucres caeli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Et hoc quisquis religiosa mente considerauerit: certe non dubitabit esse verum. Non multo mirabilius est, deum esse factum hominem, quam angelos esse conditos a deo? An non magis stupendum, deum inuolutum panis, vagire in praesepio: quam illum regnare in caelis quos condidit? An non magis mirandum deum sitire & esurire: quam illum torrente voluptatis suae inebriare alios: & ex abundantia sua dare cibos omni carni? Hoc certe mysterium, superat omnem intellectum: non solum humanum, sed etiam angelicum

Quarta.

Fo. 28.

Luc. 22

propter quam causam, angeli, deo ex vtero Virginis nato, velut in facto omnium maxime stupendo, canunt gloriam in altissimis deo: quia videlicet videbant infimam humilitatem eius, cuius agnoscebant excelsissimam sublimitatem. Conditi mundi rationem vident & intelligunt impij daemones: instaurati mundi consilium latuit eos: sicque factum est, ut ars artem falleret: ars videlicet misericordiae, artem malitiae. Haec est illa effusissima dei misericordia, quam David breui, compendio so tamen encomio praedicat, dicens. Apud dominum misericordia, & compassio apud eum redemptio: & ipse redimet Israel, ex omnibus iniquitatibus eius. Nam totum misericordiae suae fontem deus aperuit, & omnes suae bonitatis diuitias nobis ostendit, cum factus homo, pro hominibus mori dignatus est. Sed praeter hanc misericordiarum numerosam multitudinem, quam omnibus hominibus siue iustis siue peccatoribus impedit, sunt adhuc quaedam aliae speciales misericordiae, quas deus circa animam peccatricem quotidie exercet: quibus recessendis: hoc & altero proximo sermone, incubemus. Prima ergo misericordia est, quae a multis peccatis in qua prolabi potuerat, peccatorem custodit. Prima inquam, non omnium: sed harum solum quas nunc enarrare proponimus.

Diiij



Homilia,

Certū enim est, q̄ sicut in multis cecidit peccator: ita etiam in multo plura cadere potuerat: nisi omnipotentis dei pietas immanē cōseruasset. Ex vno peccato deuenitur ad aliud: & vnum peccatum impellit ad alterū: & hoc ad aliud sine fine: nisi dei misericordia finem nostris peccatis imponat. Quemadmodum lapide in aquis proiecto, excitatur quidam fluctus: qui simul, vt exortus est, mox alterum excitat: post quem alius oritur, & ex hoc alius iterum procedit: & sic in imensum sine fine: quousq; fluctus in terram vel petram quampiam impingant: quæ fluctuū multiplicationi obsistat: ne viderelicet fluctus vltra progrediātur. Sic vno peccato semel commisso, ex eo oritur aliud, velut fluctus ex fluctu: ibiq; hæc fluctuatio in imensum, nisi diuina misericordia huiusmodi peccatis se obijciat: vt ea impediāt. Qui eum avaritiæ deseruit, si aliunde non potest pecunias quas imoderate cupit, habere, desiderij impotens, ad rapinam festinat: vt vero hanc occultet, mendacio & per Terētio, in rio se tuetur. Nam (vt ait Poeta quidā) Fallacia alia, aliam trudit. Hoc autē in Davidis facto, quod nunc in presenti psalmo deplorat: experiri licet. Quia enim oculis suis non prohibuit illicita conspicerē, & oculos scandalizantes noluit abscindere: a

Quarta. Fo. 29.

dulterium commiuit. Ne autem in eo criminē deprenderetur: homicidium perpetrare non erubuit, etiam vsq; ad proditiōis notam. Hinc est quod propheta Oseas, peccata Israelitici populi enarrans, ait. Maledictum & mendacium, & periurium, & furtū inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Sanguis sanguinem tangit, cum peccatum vnum, ad peccatum aliud impellit. Et hoc prouenit, ex illa miserrima peccatoris seruitute, in quam cum semel peccauit, se ipsum lubens coniecit. Qui facit, (inquit Ioā. 8. veritas) peccatum, seruus est peccati. Vnde fit, vt quotidianas vsuras, noua addens peccata, persoluat: & reatus sui debitum, quotidie augeat. Et inde est illa diuinæ misericordiæ promissio, quam habemus in aelio psalmo. Ex vsuris & iniquitate redimet ps. 71. animas eorum. Quia videlicet diuina misericordia nos protegit: ne has iniquissimas peccati vsuras, dæmoni persoluamus: cum nos a peccatis multis in quæ cadere poteramus, custodit. Fateor quidem & pleno, (vt aiunt,) ore fatebor, q̄ nisi dominus adiuuisset peccatorem, paulominus cecidisset in omne peccatum anima illius. Quicquid enim malorum accidit, cuius salteri homini illi etiam accidere poterat, nisi illū diuina protexisset misericordia. Si ergo non est a



Homilia

Luc. 18.

dulter: non periturus, non homicida, non sacrilegus: quæadmodum sunt prohdolor nimium multi det gratias deo: & hoc totum illius misericordiam referat acceptum: quoniam hæc omnia erant, nisi illius diuina misericordia protexisset. Non enim phariseus, ille apud Lucam, ob hoc reprehensus est: quod gratias reddebat deo, quia eum a pluribus custodiuerat peccatis, sed quia superbe id faciebat, publicanum despiciens. Tu ergo si recte consulis: citra aliorum despectum quos in multa peccata lapsos esse consideras: da gratias deo: quia te a similibus custodiuit: credens te similiter lapsurum, nisi te diuina misericordia conseruasset. Phisognomus quidam Socrate inspecto censuit, illi esse hominem autem luxuriosum & libidinis effrenatam. At discipuli (quibus probe explorata Socratis incredibilis temperantia) irridebant hominem simulque indignabantur. Socrates vero discipulos coercens, phisognomo applausit, dicens. Rem diuinasti: quoniam hæc omnia eram, nisi philosophia me docuisset naturam repugnare, & ab his abstinere. Sapienter quidem hæc Socrates: non tamen christiane. Ideo rectius mihi dixisse videtur, beatus Franciscus meus & omnium fratrum minorum pater: qui quod Socrates tribuit philosophiæ, ille tribuit misericordiam diuinam. Quoniam enim socius eius

Quarta, mol I Fo. 30.

(nisi fallit memoria) Leo vocatus ex matris to eiusdem patris, multis eum conuictis affectis: fornicatorem, adulterum, furem, homicidam, blasphemum, aliaque id genus appellans, patientissime tulit: ac semetipsum ob hæc omnia deplorauit. Deinde vero cum socius: ab eo perquireret: cur illum compulisset tot, tantaque mendacia dicere in virum innocentem, cui nihil horum conueniret: respondit. Nihil mentitus es: quoniam hæc omnia eram, & multo plura: nisi me diuina misericordia ab his malis seruasset immunitatem. Secunda misericordia est: quod pro peccato iam commisso, penas meritas non statim exigit: sed illum expectat ad penitentiam. Sic enim ipse per Ezechielem prophetam ait. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit dominus deus, & non ut conuertatur a vijs suis & uiuat? Magna est hæc misericordia, & in qua magis diuina elucet bonitas. Propter quod, ut ait apostolus dicit scriptura Pharaoni. Quia in hoc ipsum excitaui te, ut ostendam in te virtutem meam. Ac si diceret. Non te feci malum: sed excitaui. Malus enim eras sed quasi sopitus: ego autem multis factis miraculis, excitaui te in eandem malitiam, hoc autem, ut ostenderem in te virtutem meam. In pharaone ostendit deus suam virtutem: cum illum totiens peccans

Eze. 18.

Rom. 9.



Homilia,

tem misericorditer tolerauit. Magna certe est hæc misericordia: quam nec angelis peccantibus, nec primo homini prestitit: quoniam peccantem Luciferum non expectauit: sed statim coelo deiecit: nec Adam peccantem sustinuit, sed illico a paradiso relegauit. Postquam vero primus homo peccauit, ne tota humani generis massa, propter peccatum illius periret: deus nostri miseratus: ut nostram humanæ perditioni subueniret, decreuit in carne humana pro nostris peccatis mortem subire. Quia igitur deo, cui omnia sunt presentia, agnus ille sine macula iam ab origine mundi occisus erat, ideo ex tunc propter meritum huius agniam occisi, dignatus est deus hæc misericordiam hominibus præstare: ut cum peccauerint, non statim eos penas debitas soluere cogat, sed ad poenitentiam expectet. Sic enim primus post Adam peccator, uidelicet Cain expectauit: quem post fratris inuidiam, post homicidium, post prodicionem, post impietatem denique, qua credidit peccatum suum occultari deo, & dei misericordiam superare: ab eius iniquitate, illico punire noluit, dans illi tempus ad poenitentiam. Ideo enim multi censentur illi a clementissimo deo: usque ad septem generationes fuisse dilatatum: ut saltem malis ipsis: & longæ uitæ moerore compulsus, poenitentiam ageret: & veniam promereretur. Cur deus non

Quarta,

Fo. 31

expectauit Adam: Cain autem expectauit: ut poenitentiam ageret. Quia inter patris & filii peccatum, interiecta est agni innocentis mors, hoc est, Christi benedicti passio: quam deus post Adæ peccatum subire decreuit: & propter huius meritum, hanc consecutus est misericordiam Cain, ut ad poenitentiam expectaret. Sic etiam cum heu nimium multis alijs peccatoribus postea deus agit, & nunc quotidie agit: qui (ut Sapiens ait) miserere omnium: quia omnia potest, & dissimulat peccata hominum: propter poenitentiam Ciuitatem illam Hierosolymam, quæ tot, tantaque mala, in Christum innocentem machinata est, non statim euertit: sed post annos fere quadraginta, a morte Christi, Romanorum iræ tradidit illam deus. Non ob aliam causam supplicium differens: quam quod misericors est: qui illorum mortem non volebat: sed magis: ut conuerterentur & uiuerent. Et ob hanc causam, uidens ciuitatem plorat: ut per fletum, viscera suæ misericordiae ostenderet. Non ob aliam ergo causam tibi postquam peccasti, uitam quam non mereris indulget: quam, ut poenitentiam agas: qua veniam consequi valeas: quoniam a mortuo velut qui non est, sicut perit confessio: sic & omnis poenitentia. Quod si a deo obtulsi es ingenij, ut hæc minime penetrare va-

Sapi. II.

Luc. 19.

Eccl. 17.



Homilia,

Ro. 2.

Mat. 18.

Esa. 5.

Job. 24.

leas, Audi Paulum te docentem: in ea quæ
ē ad Romanos epistola. An ignoras (inquit
ille) qm̄ patientia dei ad pœnitentiam te
expectat? Quanta autem sit hæc misericor
dia, nemo plene scire potest: nisi ille, qui cū
soluendo nō sit: multorum se debitorē agno
scens, in ipso est temporis articulo, in quo
eum persolvere oportet. Qualis est illē vir
euangelicus, decem milium talē torum de
bitor, quibus persolvendis, cū tota sua sub
stantia non esset satis, & ab illo omne debi
tum exigeretur, clamavit. Patientiam ha
be in me, & omnia reddam tibi. Hic enim
magnum quoddā donum censebat, solā so
lutionis dilationem (hoc est) prolongatio
nē vitæ. At multi, hanc largissimam dei mi
sericordiam pro nihilo pendunt, nunquam
pœnitentiā agētes, sed peccatum peccato
addentes, trahūt iniquitatem in funiculis
vanitatis (vt ait Esaias) et quasi vinculum
plaustrī peccatū. De talibus dicitur in libro
Job. Dedit ei deus locum pœnitentiæ & il
le abutitur eo in superbiā. Nonne abusus
est, cum id quod tibi cōcessum est ad emē
datiōem, tu vertis in damnationē tuā? Nō
ne abusus est, cum tempus quod tibi datū
est ad pœnitentiam, tu accipis: ad peccati
obstinatōem? Nōne misericordia dei abu
teris, cum ex illa ipsa diuina misericordia

Quarta. Fol. 32.

audaciam peccandi fumis? Et qui sola dei
bonitate & misericordia agnita, ad amorē
illius allici debueras, inde magis ad pecca
tum sollicitaris? Misericordia ergo diuina
tanquam calcaribus vteris, quibus animū
tuum vehementi⁹ ad peccatum virgere vae
leas. Nōne hic ē diuinæ misericordiæ abu
sus? Propter hanc causam, sæpissime scrip
turæ sacræ tradūt deum obdurare peccato
res, vt de Pharaone ipsemet deus ait, Ego
obdurabo cor Pharaonis. Non quidem q̄
ille totius bonitatis fons, a quo nullum da
tū est quod non sit optimum, malitiam alia
quā et obdurationē Pharaoni aut cuius al
teri peccatori tribuerit, sed illos obdurare
dicitur, quia illos p̄ sua patiētissima miseri
cordia diu tolerat, ob cuius tolerantia illi
reddunt deteriores. Quemadmodū enim
dñs aliq̄s qui seruūt nact⁹ improbū, quē ni
mum benigne & clementer tratans, facit
deteriorem: non q̄ dñs seruum malignitatis
te imbuerit: sed q̄ seruus, domini benigni
tate sit ad nequitiam augendā abusus. Ad
eundem imodum, deus obdurare dicit pec
catorem: cum ille misericordia dei abutitur.
Sed hūc talem, seuera increpatione redar
guit Paulus, dicens. An diuitias bonitatis
eius, et patientiæ & longanimitatis cōtem
nis? Contemnit, inquam, has bonitatis di

Exo. 4.



Homilia,

tuitias, qui non sic vtitur illis ad poenitentiã, vt deus intendit: sed ad vanam securitatem vertit æstimans deum, aut nõ curare humanas res, aut libere remittere, quod punire differt. Vt autẽ doceat peccatorem non ita futurum esse vt ille putat: subiungit Paulus Secundũ duritiã aut tuã, & cor impoens, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Thesaurizas (ingt) hoc est, accumulas & reponis tibi vindictã exercendam in die vltionis extremæ. Quoniam & si deus patienter peccatorem toleret: & longo tẽpore ad sui vindictam procedat: ipsam tamen tarditatem, supplicij grauitate compensat. Funiculus enim nimium tensus, rumpitur: & mamillæ nimium emunctæ, reddunt sanguinem. Hinc est q̄ ficus illa, quæ folia tantum & non fructum habebat, maledicta est a deo: & aruit. Propter q̄d Paulus in ea quæ est ad Hæbræos epistola ait, Terra, n. sæpe desuper venientem bibens hymbrem, & germinans herbam opportunã illis a quibus colitur, accipit benedictionẽ a deo: proferens autem spinas, ac tribulos, reproba est, ac maledicto proxima. Vnde patet, male securos eos esse, qui nimium de misericordia dei confidentes peccatis suis indulgent. Propter quod eos admonet sapiens cum dicit, Ne dicas, miseratio domini magna

Mat. 21.

Heb. 6.

Quinta.

Fo. 35.

magna est: multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira, ab illo cito proximant: & in peccatores respicit ira illius. Tu ergo si semel peccasti: & deus tibi tempus ad poenitentiã dederit: noli abuti eo: sed potius agnosce beneficiũ, & deo conseruatori vitæ, age gratias immensas, q̄ non te statim damnauerit: & ora, vt ad poenitentiam perducatur: qua vitam promerearis æternam. Quam nobis ipse deus prestare dignetur, per merita filij sui. Qui cum eodem deo patre & spiritu sancto, regnat per infinita sæcula. Amen.

Homilia, Quinta.

Et secundũ multitudinem miserationũ, tuarum, dele iniquitatem meam, .i.



Propter multitudinẽ, & magnitudinẽ miserationũ, quas erga peccatorem deus operatur: non potuimus superiori sermone, eas oẽs absoluere, nisi plixior fusto, futurus fuisset sermo. Vt igitur sermonis prolixitatẽ vitarem, duas & maiores illius partes, ad hunc sermonẽ distulimus. Magnũ re vera fuit, peccatorem ab innumeris peccatis (in quæ pronus erat) custodisse & hoc maius est, q̄ postquã peccauit: tempus ad poenitentiã illi indulget. Sed si hic staret: & non vltra diuina progrediatur mia,

E



Homilia,

illum ad poenitentiam alliciens, & cum opus fuerit, impellens & trahens, parua hæc reputabuntur parumque proficua. Nihil enim prodesset expectatio, si non sequeretur poenitudo, immo, potius iudiciū damnationis accumularet, dicente domino, hæc fecisti & tacui. Tacui inquam, quia non statim vindicavi, sed expectavi & distulisti autem velut alter Pharao abusus misericordiae meae, obdurasti cor tuum. Tacuit, sed nunquid semper tacebit? Nunquid semper dissimulabit? Si cut parturiens loquat, (ait dominus per Esaiam) dissipabo & absorbebo simul. Pars ergo proderit expectari, si non proficit poenitere. Sed quis dabit cor poenitens, nisi ille a quo est omne datum optimum. Et hæc proinde tertia est dei erga peccatorem misericordia, omnino maior priore, quippe quæ facit ne illa sit infructuosa, & vertatur in damnationem mortis, cum videlicet poenitentia donat, qua veniam peccatorum consequi valeat. An autem homo peccator, viribus suis possit ad poenitentiam peccatorum pervenire, aut deo motore indigeat: res est quibusdam dubia, cuius Pars quæque magno se iudice tueretur. Qui deo favent, alijs videntur arbitrii libertatem prorsus eneruare. Contra vero, qui arbitrii potentiam nimis effecerunt: censentur divitijs misericordiae divinae

Ps. 49.

Esa. 42.

+ 3.

Quinta.

Fo. 54.

quicquam detrahete. Si autem quid in hæc re sentia a me exigitur: plane dicam. Malo totum misericordiae divinae, a qua etiam nostri arbitrii libertas prodijt, tribuere: quàm de divina misericordia, vel tantillum imminuere. Ut nostro arbitrio aliquid superbe arrogemus: ne mihi forte illa prophetæ reprehensio, insonet, qua ait. Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate, id est, quæ est hæc malitia tua, ut glories de bono aliquo qui nullius rei plene potens es, nisi, ut opereris iniquitatem? Quapropter ego (ut ingenue fatear) sentio peccatorem non posse ad poenitentiam pervenire, nisi deo specialiter iuvante (hoc est) mouente, ducete, aut impellente, aut trahente. Nam & hoc apertius sacrae literæ produnt, quàm ut dubitare liceat. Ipsa enim summa veritas ait. Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit illum. Propter quod sponsa hanc suam impotentiam agnoscens, orabat dicens. Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Trahe inquam, quoniam si tu non traxeris, ego ire non potero. Hic est quod postquam deus locutus est Ezechielis prophete precipiens illi tanquam iacenti aut sedenti, ut staret supra pedes suos: ingressus est post hæc spiritus domini in eundem prophetam, & statuit illum supra pedes suos. Quia nisi ille

Ps. 51.

Ioan. 6.

Cant. 1.

Ez e. 2.



Homilia.

lum spiritus domini subleuasset, ipse surge
re non ualisset. Peccator enim qui iacere
potuit, surgere non potest. Recedere a deo
potuit: redire ad eum non potest. Est enim
peccatoris spiritus vadens & non rediens.
Ps. 77. Et qui sic sentiebant, orabant dicentes, Con-
Thr. 5. uerte nos domine, & conuertemur ad te.
Petrum amare pro negatione veritatis fle-
se, dicturus euangelista, prius dixit. Respe-
xit eum dominus: quoniam si deus suae be-
nignae misericordiae oculos in Petrum non
intendisset prius, ille ad lachrymas: nunquam
promoueretur. Sicut enim imago in speculo,
quae oculos in terram deflexit, non potest
eos a terra sursum refectere: ut in facie
a qua causata est illos intendat: nisi facies quae
est illius exemplar, oculos suos prius in illam
iniecerit. Sic peccatoris spiritus, qui oculos suos
statuit declinare in terram, non potest oculos
suos (intellectum uidelicet & uoluntatem) in
illam dei faciem cuius ipse imago est inten-
dere, nisi deus oculos suae benignae misericor-
diae illum prius respicere dignetur: eius in-
tellectum illuminans: ut peccatum suum ag-
noscat, et affectum infirmum mansuetum odire possit.
Ps. 103. propter quod propheta de deo loquens,
ait. Qui respicit terram et facit eam tremere.
Multum certe dei in nos aspectus ualet
qui simul ut terram cordis nostri aspicit: eam

Quinta. Fol. 35.

tremere facit. Hic est enim qui ouem per
ditam perducit ad caulam, et non aliter, Hic
est qui vulneratum a latronibus et spoliatum,
misericorditer ad stabulum perducit: et stabu-
lario, suis expensis curandum tradit. Hic
solus est, qui sanat omnes infirmitates nostras:
qui propiciatur omnibus iniquitatibus nostris.
Hic solus est de quo ait Iob. Deus Iob. 25.
molluit cor meum, & omnipotens conturbauit me.
Quis enim alius cordis duritiam mollire
posset, nisi ille cuius passio petras scidit:
Mollit deus cor hominis, cum illud apertum
facit ad eruditionem, & correctionem:
quoniam id quod molle est, facile penetrari
potest: quod autem est durum, difficilissime
penetratur. Deus ergo emollit cor nostrum,
ut inspirationes eius, & uerba predicantium
& correctiones praedicatorum, illud penetra-
re ualeant. Tunc cor nostrum conturbatur:
cum ex timore imminetis iudicii in melius
commutatur. Solus ergo deus est qui cor
nostrum emollit, solus qui conturbat nos. Solus
ille est, cuius patientia nos ad poenitentiam
ducit, Solus etiam, qui poenitentiam donat. Nam
beatus Paulus docet, poenitentiam esse donum
dei, cum in posteriore ad timotheum epistolam
la admonet, ut cum modestia corripiamus
eos qui resistunt ueritati, nequando det illis
deus poenitentiam ad cognoscendam ueritatem
2. tim. 2.



Homilia,

tate. Ex quo Pauli loco, bñs Aug. in enchiridido, ca. 32. colligit: qd nō solū oī agit pœnitentia, sed etiam vt agatur, necessaria est dei misericordia. Et hæc est misericordia illa: de qua propheta in alio quodam psalmo ait, Misericordia eius, pœueniet me. Nihil enim est in peccatore, a quo bonum verum prodire possit, quare eget dei misericordia, quæ illum ad bonum excitet. Antequam ergo peccator pœniteat, misericordia dei pœuenit eum. Verum multi pœnitentia ducti sunt, sed infructuosa, quorū pœnitentia reprobata est, sicut & culpa: quoniā sicut non nunquam peccatori speranti, diabolus pœnitentiam tollit, ita pœnitenti, spem veniæ adimit. Iudas enim qui Christum tradidit, peccati sui pœnitentiam gessit: sed veniam non obtinuit, quia eam non speravit. Sic enim de illo euangelista loquitur. Tunc videns Iudas qui eum tradidit: quia damnatus est, pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus: dicens. Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt. Quid ad nos: tu videris. Et proiectis argenteis in templo, secessit, & abiens, laqueo se suspendit. Merito quidem pœnituit: quia peccauit tradens sanguinem iustum: sed ideo fructum pœnitentiæ non est assecutus: quia peccatum tra-

ps. 58.

Mat. 27.

Quinta, Fol. 36.

ditionis suæ, ipso quem tradidit: non speravit sanguine diluendum. Si dixisset ex animo, peccaui, miserere: paratus erat deus ad miserandum, sicut miserus est Dauid: quia in dei misericordia: totam suam spem fixerat: & ideo dicebat, Audiam fac mihi misericordiam tuam, quia in te speravi. Propter quam causam, oportet nos cum propheta orare, & dicere. Commonuisti terram cordis mei, & conturbasti eam: sanationes eius: quia commota est. Salubris autem pœnitentia, duplici ratione consistit, si videlicet, nec pœnitentia deserat sperantem: nec spes deserat pœnitentem. Ac per hoc ex toto corde renunciet peccato, & toto corde spem remissionis figat in deo. Sicq; faciens peccator, quarta tunc sequetur dei misericordia, quæ illum pœnitentem misericorditer suscipit: vt in illorum numero inuentatur: de quibus psalmista ait. Beati quorum remissæ sunt iniquitates: & quorum tecta sunt peccata. Hæc magna est misericordia, quoniam qui lubens a deo recessit, dignus erat, vt cum rediret non reciperetur: etiam si peccatum illi dimitteretur. Non enim natura ipsa consequitur, vt is cui peccata dimissa sunt, sit ipso iure remissionis, in amicitia gratiam receptus. Posset namq; deus, vnum ab altero separare.

ps. 142.

ps. 59.

f. +

ps. 31.



Homilia,

re: ita videlicet: vt peccata dimittat nec tam gratiam concedat. Sic enim ab hominibus factitari experientia docente, agnouimus. Nam idem Dauid rex, qui peccatum suum nunc deplorat: & misericordiam petit: Absalonis filio, delictum homicidii hac lege remisit: vt faciem illius non videret, nec ante illius conspectum veniret. Deus autem non sic, quam via illius, vt ipse ait: non sunt sicut via nostra. Magna proinde misericordia dei est, qui peccatori, digne (vt decet) poenitenti, & peccata condonat, & gratiam deinde largiens, illum in domo sua recipit: & hoc non semel aut iterum tantum: verum etiam si millies peccauerit. Inter homines contingit aliquando: vt is qui ignoscit, ex metu condonet iniuriam, aliquando etiam si velit, vlcisci non potest. Deus autem, qui solo nutu potest perdere quotquot velit, quoties a nobis offensus fuerit, spreus & abnegatus, toties tolerat, inuitat, recipit, & amplectitur. Nulla est peccatorum multitudo, cui non sufficiat diuina misericordia. Nulla est peccati longae vitas, quae diuinam possit impedire misericordiam. Non enim sicut peracto quodam temporis spacio, a legibus humanis statuto, nullus finitur ipsis legibus ablata repetere: sic legibus diuinis post longa peccandi spacia, non liceat indulgentiam postulare. Absit, vt hoc tribuamusipientissimo deo nostro, quod ad lites tollendas adinuen-

3. re. 4.

Esa. 55.

Quinta. Fo. 37.

nit humana conditio. Nulla prolixitas temporis vel aequitati diuinæ: vel pietati prauidicat. Poenitentia nunquam est apud deum sera, in cuius conspectu semper pro presentibus habentur: tam praeterita quam futura. Si diuturnitas peccatorum, dei vinceret misericordiam, non in aetate nouissima Christus veniret: vt peccatum mundi pereuntis auferret. Si aliquam aetatem iudicaret dominus poenitentiae remedio ineptam, non diuersis temporibus vocaret, & mitteret operarios in vineam suam. In diuersitate quippe horarum, iuxta sanctorum interpretationem, intelligitur aetatum diuersitas. Sicut igitur in quacumque hora veniens ad laborem vineae, recipitur: & merces illi data: ita quacumque aetate vocatus, si benignitate vocantis domini non spernit (vocat autem deus omni hora) necesse est vt denarium etiam vitae perennis accipiat. Nullum est tam grauissimum peccatum: cui non sufficiat diuina misericordia. Nullum tam lethale crimen, cui non possit dei misericordia mederi: & peccatorem tali peccato infectum etiam cum mortuus fuerit a morte ad vitam reuocare. Hoc enim tres illi mortui portendunt, quos dominus Iesum Christum suscitasse, euangelia testantur. Archisynagogi filia, quam intra domum, paucis admisis suscitauit, eum figurat, qui sola cogitatione, aut voluntatis proposito peccauit, nondum perdu-

Mat. 20.

1. 1. 1.

Mat. 5.



Homilia

Luc. 7.

gens ad opus quod mente decreuerat, hinc porrecta manu facile erigit dominus Iesus: tegens etiam illis turpitudinem, ad iuues eum, ne quod in corde faciebat, in conspectu omnium effundat. Adolefcens videtur filius, qui iam efferebatur ad sepulchrum illos designat, qui peccatum suum non intra solas cordis latebras continuerunt: sed opere impleuerunt: quod in corde disposuerat: ita ut non solum conceperint dolorem, sed etiam pepererint iniquitatem. Quisquis talis est, per publicam poenitentiam retrocat ad vitam. Residet enim, cum peccare definens erigit sese ad propositum vite melioris. Loquitur, cum confessus suam turpitudinem, petit dei misericordiam. Redditur viuus matri, cum peractis remedijs, restituitur ecclesie communi. Lazarus denique iam sepultus, qui iam forebat in monumento: & vult tam de vita desperatus deslebat a sororibus & amicis, illum designat: qui obduratum habens cor sub peccati obstinatione iacet: ita ut nec deum nec homines vereatur, nec suae salutis, nec fame consulens. Sed hinc etiam dominus suscitatur magno clamore iuueniens illum prodire foras. Vos ergo si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra: quia etiam si mortui peccatis fueritis: suscitabit vos dominus Iesus: quoniam nullum

Toan. II.

Quinta

Fo. 38.

est genus mortis, tam deploratum & edelatum, quod ille sua voce non propellat, ad cuius vocem resurgunt etiam hi qui in monumentis sunt. Ex quibus omnibus conuincitur, & prosternitur Noua impia sententia: quae tantum diuinam imminuit misericordiam, ut dixit: semel lapsis non esse dandam indulgentiam. Dura quidem sententia: & a diuina misericordia nimis aliena. Si non est danda lapsis venia, perit omnis dei misericordia. Si poenitentia non prodest peccantibus, inanes sunt illae omnes diuinae promissiones, quibus promittit se omnium iniquitatum non recordaturum, si impius poenitentiam egerit. Deus igitur inueniet mendax? Absit. Nec opus est, ut aduersus tam insanum & demerrem errorem pugnemus, aduersus quem tota sacra pagina pugnat: quia nihil aliud tantum predicant & inculcant sacre literae, quam tunc de erga peccatores misericordiam. Et ut omnia alia omittam, illud est apertissimum: diuinae misericordiae testimonium, quod per Ezechielem prophetam, ipse pierrissimus deus ait. Si impius egerit poenitentiam ab omnibus peccatis suis quae operatus est, omnium iniquitatum eius quas operatus est, non recordabor. Ex quo colligimus, nullum esse tale lethale crimen, cui misericordia diuina non valeat subuenire, et

Noua Impia Sententia. Conuincitur. V. Proferitur.

Eze. 18.



Homilia

quod per poenitentiam deleri non possit. Verum hic obstabit aliquis de spiritu blasphemiae, siue de peccato in spiritu sanctum, de quo saluator ait. Omne peccatum & blasphemiam remittet hominibus, spiritus autem blasphemiam non remittetur. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittitur ei in hoc seculo, neque in futuro. Peccatum ergo in spiritum sanctum irremissibile censetur. Fatemur quidem peccatum hoc nunquam remittendum, quia peccatorem nunquam illi poenitet. Nam peccatum in spiritum sanctum, beatus Augustinus censet illud dici, in quo quis usque ad ultimum vitae hiatum perseuerat. Et tale non est dignum misericordiae: quia de illo nunquam fuit suscepta poenitentia. Nam si illud usque ad poenitentiam perueniret, experiretur utique in se bonitatem diuinae misericordiae, quae nulli poenitenti non parcat. Nec parcat modo, sed donaria multa tribuit, quae in libro Iob enumerantur, his verbis. Si reuersus fueris ad omnipotentem, edificaberis: & longe facies iniquitatem a tabernaculo tuo. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos: erique omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Per terram conuersatio terrena denotatur, per silicem, boni operis fortitudo: per torrentes vero au-

Epistola. 50

Iob. 22.

Quinta. Fo. 39.

reos, doctrinae celestis affluentia significat. Pro terra ergo silicem dat, cum carnalem & abiectam vitam in bonae operationis fortitudinem mutat. Pro silice quoque torrentes aureos praestat: cum boni operis laborem, celestis sapientiae mercede remunerat. Et propter hanc causam, (ut arbitror) Paulus postquam appellauit deum patrem misericordiarum, dixit etiam illum esse deum totius consolationis qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. Quibus verbis, apostolus aliquid misericordiae diuinae addere voluit, quo effusissimam dei in peccatores misericordiam explicaret. Nam ad misericordiam solum pertinere videtur iniurias condonare. Verum deus non hoc contentus exultare fit consolator, non solum peccata dimittens, sed etiam gratiam qua deinceps in futurum cauere valeant, praestans. Et hoc est, quod nunc proxime ex libro Iob protulimus. Dabit pro terra silicem. Hoc est, in firmitate fortitudinem, pro silice torrentes aureos, id est, pro ignorantia & caecitate ex peccato contracta, aquam sapientiae salutaris. Hoc totum, parabola illa euangelica de filio prodigo, apertissime ostendit. Hic enim cum peregre profectus abisset in regionem longinquam, in qua recepta a patre substantiae portionem quam illum contingebat, dissipasset: urgente post modum fame, agnosces

2. co. I.

Luc. 15.



Homilia,

dom⁹ patris meliorem conditionem, qui pro
pe qua abudaret panib⁹ pro mercenariis,
medum pro filiis, ad patre reuersus est: qui
videns filiu⁹ humiliter peccatu⁹ sum agnosce
tem, in illius amplexus, & oscula ruens, in
duit illu⁹ stolam primam: dat anulū in manu
illius, calciamenta in pedibus eius: iubet ad
duci & occidi vitulu⁹ saginatū parantur epi
la: fit deniq⁹ lætitia magna: quia filius qui
mortuus erat: reuixit: qui perierat, inuen
tus est. Non fuit contentus pientissim⁹ pa
ter filio parcere, sed eum etiā in domū be
nigne & magna cum lætitia recipere, & dot
naria in super preciosa tribuere, vt omnino
mutatus esset in virum alterum. Hanc dei
misericordiam Dauid agnoscens, in illa ves
lut in tutissimo portu, spei anchoram figes
quippe qui in sola dei misericordia confide
bat, precatur deum, sic inquit. Et secun
dum multitudinem miserationum tuarum
dele iniquitatem meam. Dele tu qui solus
delere potest: nisi tu deleueris, nō est qui de
lere possit. Nō est qui possit facere mundū
de immūdo conceptum semine: nisi tu qui
solus es. Tu enim me peccantem, patienter
tulisti: dissimulasti. Verum quia ego cæcus
tiebam, peccatum meum non agnosce
tu per Nathan me docuisti, vt illud agno
scerem. Tu me ad poenitentiam adduxisti,

Sexta.

Fo. 40.

Vt nihil ergo iam tuæ desit misericordiar,
dele iniquitatem meam: remitte peccatū,
& gratiam confer, qua possim assequi vi
tam æternam: quā nobis ipsa misericordia
diuina aliquādo prestare d'gnetur. Amen.

Homilia sexta.

Ampli⁹ laua me ab iniquitate mea,
& a peccato meo munda me.



Utrum de misericordia diuina
na confidit, qui tam multa ab
eo petere non veretur. Magnā
misericordiā supra petit, quia
magnum suum esse peccatum
cognoscebat. Quia vero nō vnū, sed multa
peccata se commisisse sciebat, multitudi
nem misericordiarū implorauit. Nunc deni
q⁹ quia peccata sua nimis tenaciter sibi hæ
sisse sentit multum lauari ab iniquitate sua
perit, vt plene mundus euadere possit. Et
ideo ait. Ampli⁹ lauame, ab iniquitate mea,
& a peccato meo munda me. Vel (vt trala
tio Hieronymi iuxta hæbraicā veritatem
ait) Multū laua me ab iniquitate mea. Vn
de colligimus in vulgata editione, compa
ratū esse subrogatū loco positū: ita vide
licet, vt illa vox, ampli⁹, tantū dē valeat, si
cut multū. Multū ergo lauari perit ab iniqui
tate: quoniam eam agnoscebat esse latissimā
maculā, q⁹ cor suū sic foedissime infecerat.



Homilia;

vt multū lauari indigeret, aquis diuinæ misericordiae. Nam pannus qui nimium infectus est, non semel tantum, aut iterum lauari debet, vt plene mundus euadat. Dauid ergo qui multum lauari petit, hoc ipso fateatur se nimis infectū ab iniquitate sua. Hūc autem esse germanum huius versiculi sensum clarius expræssit alia translatio: videlicet Ioannis campensis, quæ sic ait, Magis ac magis ablue me, a scelere meo. Ex qua Dauidis petitione colligimus, peccatū esse maculam, quæ non, semel sed iterū atq; iterum lauanda sit: vt plene mundetur. Primum ergo quod nunc a nobis merito posse exigi video, est: vt doceamus peccatum esse maculam. Alterum quo pacto hæc macula lauda sit. Peccatum esse maculam & sordes, factis aperte ostēdit illud qd̄ deus p̄ Mathæū ait. De corde exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae, hæc sunt quæ conquinant hominem. Peccatum ergo animam inficit & inquinat. Nec tamen omne peccatum eodem modo inficit. Variantur siquidē inquinamenta iuxta peccatorum varietatē quoniam aliud: alio modo inquinat. Omne autem peccatorum genus, ternario concluditur, quod Ioannes enumerat dicens. Omne quod est in mundo, aut est concupiscen-

Mat. 15.

Sexta.

Fo. 41.

tiæ carnis, aut concupiscentia oculorū, aut superbia vitæ. Et omne quod inquinare potest (quantum ego aestimo) triplici rerū differentia clauditur. Aut em̄ fumus est, aut puluis, aut liquor aliquis, siue id qd̄ liquari potest. Fumo cōparat̄ superbia: pro eo quod fumus alta petit, oculis nocet, cito euanescit & præsit. Talis est per omnia superbia, quæ altos semper petit honores, non expectat: vt dicatur illi, amice ascende superius, sed ipsemet in alto se collocat, ambulans in magnis & in mirabilibus super se. Hæc oculis obest: quoniam nihil æque intellectum habet ac superbia. Propter quod Paulus de æthnicis philosophis loquens, ait, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Quantum autem hic superbiae fumus oculis antiq̄ noceat, vel inde colligi potest, q̄ sola superbia efficit, ne homo se ipsum agnoscat. Nemo enim se agnoscit auarum, nemo cupidū, nemo ambitiosum: nemo deniq; superbū, quā ipsam superbiam quæ tantæ cæcitat̄ est patrens & origo, nemo se habere cognoscit. Superbia ergo lædit oculum mentis: sicut fumus oculum corporis. Fumus in super inficit parietes quamlibet albos & denigrat eos: sic superbia mentes. Propter quod Hieronimas de nazaræis loquens, cum dixisset eos candidiores niue: nitidiores lacte: rubicū-

Rom. 1.



Homilia.

Thr. 4.

Num. 5.

diore ebore antiquo, sapphiro pulchriore continuo subiunxit. Denigrata est super carbones facies eorum. Cum candidiores niue, & nitidiores lacte describatur, eorum tamen facies denigrata esse dicitur: quia cum de receptis virtutibus relationem inaniter gloriantur: illorum candor & nitor, in carbonum nigredinem commutat. Nazareorum nomine abstinentium & continentium vita significatur: quoniam (ut ex libro numerorum patet) Nazareorum lex tota in abstinentia & continentia sita fuit. Horum vita candidior niue, & nitidior lacte describitur. Per niuem candor vite celestis significatur, quia nix ex aqua quae desuper venit, congelascit. Per lac autem quae ex carne ad paruulorum aliam mentem exprimitur, rerum temporalium in pauperes distributio denotatur. Et quia plerumque continentis viri in ecclesia tam mira opera faciunt, ut ab eis multi, qui facultates suas pauperibus distribuerunt, superari videantur: candidiores niue, & nitidiores lacte dicuntur. Et quia per feruorem spiritus, antiquorum patrum nonnumquam, vincere videntur vitam: subiunxit. Rubicundiores ebore antiquo. Nam ruboris nomine, sancti desiderij flamma significatur. Ebur autem antiquum, ex candore in rubicundiores sunt: quia saepe nonnullos pre-

Ssxta.

Fo. 42.

cedentes patres in feruore superare hominum aestimatione putant. Sed quia his virtutibus de se ipsa mens plusquam decet praesumit: & per elationem se super alios subleuare nititur: superbia denigranter fusca. Propter quod merito subiungitur, Denigrata est super carbones facies eorum. Nigri post candorem sunt: quia cum de susceptis virtutibus inaniter gloriantur, pulchritudo virtutum a fumo superbiae denigratur. Altera est etiam immunditia, quae ex puluere superfuso contrahitur, talis est auaritia quae in rerum terrenarum amore & possessione consistit. Has enim terrenas possessiones, pulueris nomine, appellat scriptura. Nam de auaro, cui terrenae diuitiae dominantur Iob loquens, ait. Impius absconditur in puluere suo. Hic est puluis ille, quem Saluator noster precepit discipulis suis de suorum pedibus excutere, cum a ciuitate, aut domo pacis indigna exirent: significans eos quod mundum relinquunt debere omnes has mundi facultates, a suis affectibus procul abigere. Auaritia ergo, quae pulueris rebus infidet, animam inquinat: peius inde ac puluis vestem. Est adhuc tertia immunditiae genus, rerum videlicet liquidarum aut liquabilium: ut sunt oleum, cera, seuum. Tales sunt deliciae: quoniam blandae sunt & placidae tactui, quemadmodum illa omnia:

F ij



Homilia,

Eccl. 13. At illa non solum inquinant ea quibus haerent, sed in sciunt, sic etiam delicta. Hinc apud sapientem dicitur. Qui tetigerit picem: inquinabitur ab ea. Bene autem carnis delicta comparantur pici: quoniam pice facile haeret, & haerens adeo tenaciter imprimitur: ut vix elui possit. Sic carnis delicta facile homines ad se trahunt, difficilime tamen ab illis euelluntur qui illas semel experti sunt. Nam Oseas propheta de illis ait. Fornicati sunt, & non cessauerunt. Videte quomodo non cessant: quoniam & si uocantur ad cenam gloriae, ut tamen delictis cupitis fruantur, venire renuntiant. Nam vnus ex illis qui ad cenam inuitati fuerat, dixit. Vxorem duxi habere me excusat. Merito ergo carnis delicta pici comparantur quae sic tenaciter haerent, ut illa. Et qui haec delictiarum picem tetigerit inquinabitur foetidissime, sic ut difficilime mundaerit. Dauid ergo cognoscens peccatum suum, & sciens maculam quam inde contraxerat esse tenacissimam impressam & difficilem mundari: petit deum ut multum lauetur, dicens. Amplius laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me. Duo petit: videlicet: lauari ab iniquitate: & mundari a peccato. Non enim idem iniquitas, & peccatum. Nam iniquitas, iuxta Ambrosij sententiam: ad mentis improbitatem refertur: peccatum ad corp-

Sexta.

Fo. 43.

poris prolapsionem. Iniquitas in mente laet: peccatum foris prodit. Ut autem aliquis iustus inueniatur: ab utroque mundari oportet: quae admodum in libro Iob dicitur. Si iniquitatem quae est in manu tua abstuleris a te, & non manserit in tabernaculo tuo in iustitia, tunc, leuare poteris faciem tuam absque macula. Quibus verbis, deo exigere videtur ab eo qui immaculatus esse cupit: videlicet: ut iniquitatem quae est in manu sua auferat: & non maneat in tabernaculo suo in iustitia. Per quae, duo peccatorum genera significare videtur. scilicet: peccatum in cogitatione & peccatum in exteriori operatione. Per manum, namque operationes nostrae designantur: put in illo Solomonis loco patet: ubi ait. Abscondit piger manum sub ascella, nec ab os suum applicat illi. Quia enim ore loquimur, manu autem operamur: ille ad os suum manum non porrigere dicitur qui dicitis, facta non aequat. Iniquitate ergo ille in manu habere dicitur: quae est usque ad exteriorem operationem perducit. Per tabernaculum autem: cordis secretum intelligitur in quo abscondimus ne aliquid cogitationes ab hominibus videamur. In iustitia in tra tabernaculum manet: quoties peccatum in tra cordis latebras continetur. Ille ergo faciem absque macula habet: quia manu abstulit iniquitatem: & a tabernaculo iniustitiam: quia ille conscientiam mundam & immaculatam ha-

Iob. II.

Pro. 19.



Homilia.

bere dicitur, qui nec ope, nec cogitatione peccauit. Ex quib⁹ colligimus aīam nostrā dupliciter maculari: opere. s. malo, & mala etiam cogitatione, aut uolitione. Qui ergo nec bene operatur, nec bene cogitat, is duplex maculam se habere conuincit. Quæ duplex macula, in duplici lepra, quā Leuiticus liber in carne & in cute esse describit: figuratur. Nam lepra in cute, peccatum in exteriori operatione significatur. Lepra uero in carne: peccatum in cogitatione. Hinc aīa iusti quæ de spiritali pulchritudine in canticis laudatur, bis pulchra esse dicitur. Quā pulchra es (inquit) amica mea quā pulchra es, ut eam in exteriori, & interiori conuersatione pulchram esse inueneret. Nā alioqui sufficiebat semel dixisse pulchrā. Dauid ergo qui plene mundari optat, ut tranq; maculam a se auferri petit, operis. s. & cogitationis: & ideo ait. Amplius, uel multum, laua me ab iniquitate mea: & a peccato meo munda me. Ita (ut iuxta diui Ambrosij sententiā iniquitas ad interiorem: peccatum autem ad exteriorem culpam referatur. Verum percontari hic libet: quare Dauid, qui iam mundus erat, iterum lauari postulat? Nonne ipse ad ad uocem Nathan prophetae statim agnouit, & confessus est peccatum suū? Nonne lachrymis suis stratum meum rigauit?

Sexta. Fo. 44.

nit? Quid igit amplius petit? Nunquid forte trepidat timore: ubi null⁹ erat timor? Securum certe illum suæ lachrymæ reddere debuisse: quā iuxta dei pmissum, in quacūq; hora peccator ingemuerit: amplius illi⁹ de⁹ non recordabitur. Quid ergo amplius lauari postulat? Petit certe amplius lauari: quia licet lachrymæ lauent sordes peccatorum, non tamen quantæcūq; lachrymæ sunt satis quālibet graui peccato. Nā graua peccata (teste Augustino) grauisimis indigent lamentis. Scio tamen esse aliquos, ex recentioribus theologis aliter sentiētes, qui peccantibus facile securitatem promittūt: dicētes, minimā quanq; peccatorū pœnitentiā (modo illa ex dei amore pcedat) ad grauisimum quodq; peccatū delendū sufficere. Quæ sententia, utinā tam uera esset, quam pia: uereor tñ ne qui ita senserunt, experientia illos docente, aliter nunciā sint sentire compulsi. Nam si (scriptura sacra testante) pro mensura delicti erit plagarū mod⁹ cur non etiam pro mensura delicti erit pœnitentiæ aut doloris modus? Presertim cū peccatorum remissio: quæ pœnitentia interueniente præstat, nou extra iustitiæ regulas fieri credatur. De illis qui ita sentiunt. Hieremias propheta, locutus fuisse uideatur: cum ait. Curabant contritionem filii

Eze. 18.

Deut. 5.

Hie. 6.



Homilia;

liae populi mei cum ignominia dicentes: pax
pax: & non erat pax. Cum ignominia con-
tritionem populi curat: pui peccanti & non
satis poenitenti continuo securitatem pro-
mittit. Qui omnem dolorem, omni peccato
sufficere credunt. Similes mihi videntur
medicis imperitis, qui nulla morborum ra-
tione habita, eodem pharmaco omnibus me-
deri nituntur, cum alius morbus aliud me-
dicamentum requirat: & aliud peccatum aliam
poenitentiam postulet. Et in hanc sententiam
omnes veteres theologi non solum quos
scholasticos vocant, quibus non parum de-
betur: sed primores illi ecclesiae patres, san-
ctitate perinde ac doctrina illustres, mani-
bus (vt dicitur) ac pedibus eunt. E quibus
quoniam aliorum sententia iam vulgo est ma-
nifesta: vnum solum Cyprianum in huius
sententiae testem producam: qui circa calcem
cuiusdam sermōis: qui inscribitur de lapsis,
sic ait. Deus quantum patris pietate indul-
gens semper & bonus est: tantum iudicis ma-
iestate metuendus est. Quam magna deliqui-
mus, tam granditer deseamus. Alto vulneri
diligens & longa medicina non desit. Poenite-
tia minor crimine non sit. Putas ne tu do-
minum cito posse placari, quem verbis p-
dis abnuisti: cui patrimonium praepone-
re maluisti: cuius templum sacrilega contagio

Cypria-
nus.

Sexta. H Fo. 45.

ne violasti: Putas facile misereri tui, quem
tuum non esse dixisti: Haec & multa alia huic
proposito conducētia, illo loco, differit: Cy-
prianus. Cuius verbis nil apertius in huius
sententiae fauore dici poterat. Malo igitur
cum Cypriano, Augustino, Ambrosio: Iso-
doro, & (vt ad inferiores descendam) cum
Thoma, Bonauentura, Alexandro, sentire
quam cum his neotericis, qui diuinam mi-
sericordiam nimium extendere volentes,
forte rumpunt. Dicamus ergo nos, peccato-
rum remissionem, diuino tantum iudicio pe-
sari, non humano. Ac proinde cum nos lateat
ipsa lachrymarum mensura quae peccatis la-
uandis sufficiat: oportet: vt nunquam simus
securi hac sola fiducia, quod iam pro pecca-
tis nostris ingemimus. Dauid igitur agno-
scens peccati sui foeditatem, & nesciens an
satis lachrymarum ad illam abluendam effunde-
rit: precatur, dicens. Amplius lava me ab iniq-
tate mea: & a peccato meo munda me. Ac
si diceret. Scio quidem me lachrymis meis
esse ablutum: nescio tamen an plene mundus eu-
serim: quia nescio: an satis lachrymarum effu-
derim, quae tot tantasque peccatorum maculas mu-
dare valuissent. Ideo peto, vt gratiam fieri
quam semel impartitus es, non subtrahas:
quin potius oculis meis tribuas fontem la-
chrymarum, vt incessanter pro peccatis meis



Homilia,

Iob. 9.

plorē, lachrymasq; vberim emittā: quib⁹ bene me lauare possis. Ant aliter: Ideo amplius lauari petit: aq; videlicet diuinæ miæ qm̄ scit oēs huius mundi lachrymas nō sufficere, ad abluendas sordes peccatorū: si dī frictō iudicio, deus cū peccatoribus agere velit: quod testimonio Iob cōprobat, qui ait. Si lotus fuero quasi aquis niuis, & velut mundissimæ fulserint manus meæ: tñ sordibus intinges. me. i. sordibus intinctum me esse conuincēs. Nā deus eos sordibus intingere dicitur: quos sordib⁹ intinctos esse demonstrat. Conuincet autē quemlibet sordidum esse, etiam si aquis niuis lotus fuerit. Aquæ niuis quæ ex cœlo defluunt, & non ex terra: sicut fontium & fluminum aquæ: eas lachrymas designāt: quas deus inspirat: quæ pro cœlestium: & non pro terrestrium amore funduntur. Verum & si huiusmodi lachrymis peccator lauetur: immundus tñ a deo iudicabitur: si deus illum ad nimis exactum iustitiæ gnomonem examinare velit. Et ob hanc causam Dauid etiam postquam peccatum suum agnouit, & illud fateri non erubuit, etiā postquā lachrymis suis stratum suum rigauit, & poculum suum cum fletu miscuit: videns hæc omnia, nisi deus sua misericordia lauare dignetur, non sufficere ad peccatorum sordes abluendas: deum orat,

Septima.

Fo. 46.

vt illum mundare digne: dicens, Amplius laua me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Ac si diceret, Scio dñe virtus salutaris meæ, tot tantasq; esse peccatorū meorū sordes, q; etiā si omnia ossa mea liquerent, & per oculos in lachrymas defluant, munda re me non possunt. Tu ergo: qui plusquam oēs illæ potes, laua me ab iniquitate mea. Tu qui solus mundum de immundo facere potes: a peccato meo munda me. Laua me primum, doctrina tua mundissima, vt illis annumerari valeam: quibus Ioannes te dixisse refert. Tam vos mundi estis, propter sermone[m] quē locutus sum vobis, Ampli⁹ laua me aqua gratiæ tuæ, de qua qui biberit non sitiet iterum, sed fiet in eo fons aquæ viuæ salientis in vitam æternam quā nobis præstare digneris per merita iesu Christi filij tui, qui tecum & cum spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Ioan. 15.

Ioan. 4.

Homilia septima.

Qm̄ iniquitatem meam ego cognosco. Recationis quā in hoc psalmo Dauid facit, propositio[n]em: hucusq; audistis, cum videlicet, suorum peccatorum quæ magna & multa: & tenacissime impressa esse innuebat, veniā





Homilia,

postulavit a deo. eius misericordiam, cum ex magnitudine: tum ex multitudine, magnifice extollens, quo animum dei, quem sibi iratum censebat, conciliaret: & benigniorem vnde precationem ipsam audiendam redderet. Nunciam audite argumenta quibus virgere incipit, deum ipsum quasi cogere volens, ut illi misericordiam præstet. Et primum argumentum sumit ab honesto, quod legibus inquit, sic inquit. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Qui confessus fuerit peccata sua (ait sapiens) misericordiam consequetur. Ecce legem pietissimam, quam pro delinquentibus in vltima dedit misericors & miserator dominus. Dauid peccatum suum agnoscit, nec abscondit illud: immo fatetur: & hanc peccati sui cognitionem, & confessionem pro argumento sumit, quo deum ad misericordiam flestat: inquit. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Cum ego peccatum meum celabam, dignus nomen eram, cui veniam præstares: quia scriptum est. Qui abscondit scelera sua, non dirigitur. Et talibus per quendam prophetam minatur dominus: dicens. Si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti, & mordebite eos. Mare profundum quod nemo scrutari potest nisi solus deus, cor hu-

Pro. 18.

Pro. 18.

Pro. 18.

Septima. Fo. 47.

manum est. In huius maris profundo se celat, qui peccata sua inter cordis secreta sic abscondit, ut ea confiteri erubescat. Sed hunc talem, deus tradit diabolo: ut mordeat, & tandem in ventre suum, hoc est, in infernum deglutiat. Si ego peccatum meum celarem, dignus essem cui tuam denegares misericordiam: nunc vero qui iniquitatem meam cognosco, dignus sum, ut mihi misericordiam præstes. Primum gradus ad corporis sanitatem recuperanda est, ut æger morbum quo laborat agnoscat: quia quo magis se recte valere putat, eo minus auxilia medicorum requiret (& quod damnabilis est) si quod forte morbi antidotum illi ultro offeratur, tanquam qui non egeat, contemnet: in super & fastidet. Et hinc evenit, ut periculosissime ægrotet, qui se ægrotare ignorat. Sic etiam qui se peccata non agnoscunt, salutem animæ assequi non possunt: quia medicinam peccato necessariam nunquam requirunt, medicum contemnent. Nunquam enim penitebit facti, nisi qui prius se male egisse intellexerit. Nunquam etiam dicet in aurem confessoris: quod peccatum esse non putat. Sunt autem (heu nimium multi) qui etiam cum scelus aliquid graue commiserint, se male egisse non putant: immo potius tanquam de excellenti aliqua virtute gloriantur. Si virg-



Homilia,

nis pudicitiam aliquis expugnauit: aut si vi-
dua obstinatum in pudicitia animum ali-
emolliuit: si necem hominis, si latrocinii in-
fidias machinatus est: si ex rapto viuit: quis
q̄ horum, hoc quod agit putat esse virtutē
Et hinc euenit, vt cum male fecerint læten-
tur (prout ait sapiens) & exultent in rebus
pessimis, qui dolere & quasi luctum vni-
nite planctum amarum facere debuissent.
Hi miseri peccatores sunt phreneticis simi-
les: qui cum morbo grauissimo laborent, re-
cte tamē se valere putant: rident, iocantur
exultā, tanquam si nihil patiantur. In me-
dicos furiunt: cura ri se non permittunt: se-
uiūt in eos qui illis seruiunt. Nonne hæc &
multo plura faciunt qui peccata sua non ag-
noscunt: qui scelera sua putant esse virtu-
tes? Ridēt exultat ducūt in bonis dies suos:
tanquam si incolumes essent: sacerdotis ad-
monitionem non patiuntur: corrigi se ab
alio non sustinet: in prædicatores seuiunt:
parentibus non obædiunt. Nullam deniq̄
medicantis manum admittunt: quæ omnia
ex ea radice oriuntur: q̄ videlicet se ægro-
tate ignorant: peccatum suum non agnos-
cunt: quo fit, vt pristina incolumitati non
pōssint restitui. Proptar quod in alio quo-
dam psalmo prohera ait. Corruptæ sunt car-
cices meæ a facie insipientiæ meæ. Acti

ps. 37.

Septima. Fo. 48.

si diceret. Quia enim tam insipiens fui, vt
peccatorū meorum cicatrices non agnoues-
rim, præteritis noua addidi peccata: sic que
factum est: vt nulla illis profuerit medicina
sed iam putruerint et corruptæ sint cicatri-
ces peccatorum meorū. Non ob aliam cau-
sam, dominus Ies⁹ ciuitatem Hierosolymā **Luc. 19.**
a longe aspiciens, fleuit super illā nisi quia
non agnoscebat peccata quæ commiserat,
nec cognouit tempus visitationis suæ. late-
bant que illam malorū chiliades quæ illi su-
peruenturæ erant. Misereatur itaque piens-
tissimus dominus illius, tanquam phreneti-
ci, qui sui non misereatur eo quod morbum
suum non agnoscit. Quod autem peccator
non agnoscat peccatum suum, sed potius
contra, putet esse virtutem, inde (vt asti-
mo) euenit, quia suis peccatis est nimium
affect⁹: illa ardentem diligit: Nā vt (ait Iob,) **Iob. 6.**
Animæ esuriētī etiam amara dulcia esse vi-
dentur. Quod autem quisque diligit, illud
putat esse bonum: quoniam affectus si ve-
hemens est, trahit ad se iudicium rationis,
a deo, vt intellectus velut improbus consul-
de illa recenscat, prout voluntati placere
cognouerit: et qui voluntati consulere de-
buisset quid illi agendum sit: eādē ipsam
consulit voluntatem: qualem sit ipse censu-
ram dicturus: quo fit vt voluntas nō ex iudi-



Homilia

cia rationis, sed ratio ex arbitrio pendeat voluntatis. Et ex hoc immodico rerū amore euenit: vt que turpia sunt, pulchra nimis videantur, amanti. Quo fit vt nullus sit, qui rebus suis non delectetur, nullus qui suis liberis, suis artibus, sua patria, suis operis, non faueat. Neminē tam modestum, tā oculatum inuenies, qui in proprijs rebus æstus mandis sæpissime non hallucinet. Sed paruus hic esset error parum que noxius: si illa immodica philautia: his finibus contenta esset, & nō amplius grassaret. Verū eo vsq; progressa est, vt vitijs suis blandiatur, & illa sæpissime virtutū nomine donare nitatur. Plærumq; enim in vlciscendis vitijs crudelitas exercetur, & iustitia reputatur. Sæpe immoderata ira zelus dicitur, & cum peccatores (iuxta Pauli consiliū) cū modestia corripiti debuissent: vt aliquā resipiscant, fetera nimis increpatione frangunt. Sæpissime dissoluta remissio, quasi māsueto ac mīa iudicatur, & ita cum peccantibus plusquā mīa permittit, indulgetur: crudeliter nimis pro æterno supplicio pœna seruatur. Non nunquā tenacitati, parcitatis nomen tribuitur: quo fit: vt accepta retineant, etiā cum distribui deberent egentibus. Aliquā malorum pertinacia: constantia prædicatur, vñ sepe venit, vt dum mens a malitia sua flecti non

2. ti. 2.

Septima. Fol. 49.

non patitur, quasi ex recti defensione gloriatur. Aliquando in constantia tractabilitas dicitur: & quo quisq; fidē integram nulli seruat: eo amicum se omnibus æstimat. Plærumq; timor humilitas censetur: & dum mundano timore deiectus quisq; ad defensionem veritatis tacet: arbitratur q̄ humilē se alijs exhibeat. Aliquādo vocis superbia libertas iudicatur: & cum per elationem veritati contradicitur: ipsa loquendi procacitas, veritatis defensio reputatur. Cū ergo vitia ipsa peccator putet esse virtutes, nunquam illorum pœnitēbit: nunquam de illis se corā sacerdote accusabit. Propter quod in libro Iob scriptum est. Cum dulce fuerit malum in ore eius, abscondet illud sub lingua sua: parceret illi & non derelinquet illud. Osmēris nostræ cogitatio est, sicut in quodam psalmo dicitur. Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Dicitis, posuit pro cogitatis. In hoc ore dulce est malum, cum illud obœcatus intellēctus iudicat esse bonum. Cum malum sice est dulce, abscondet illud sub lingua sua: celabitq; in gutture suo: quia videlicet nunquam de illo se coram sacerdote accusabit. Non enim verisimile est, vt quis de ea re se accuset quam putat esse bonā. Quō fit, vt illius etiam non pœniteat, neq; illius una

G



Homilia,

- dictam sumat. Propter quod subditur, Par-
cet illi & nō derelinquet illud. Parced (in q̄)
quia non hoc in se punit. Et (vt nihil con-
mata nequitia desit) scēdus amicitia sem-
piternae cum ipso peccato iniret: ideo sub-
iūgit. Et nō derelinquet illud: quia quo ma-
gis illud esse bonum putat, eo magis illi ad-
hære nititur. Propter quod in Threnis
Hieremias de illis quorū facies super car-
bones denigrata est loquens, ait. Non sunt
cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossi-
bus, aruit & facta est quasi lignum. Platearū
nōmine in scriptura sacra, sæpe latitudo
malitiae designatur: quoniam lata est porta
& spaciōsa quæ ducit ad perditionem. Hæc
sunt plateæ per quas ille nostram anima-
rū cœlestis sponfus, summa etiā cum dilige-
tia quæsitus inuenire non potuit: quoniam
ps. I. ille in via peccatorum non stetit. In capite
Thr. 4. harū platearū dispersi sunt lapides sanctua-
rii: quia sæpe numero hi qui ad ornamenta
ecclesiæ internis mysteriis quasi in secretis
sanctuarii vacare debuerāt, secularia nego-
cia expetunt, & vitia quæq; non minima
amplectuntur. Sed in his plateis non sunt
cogniti, quia etiā cū in via vitiorū latissi-
ma existant, in angusto tamen virtutis cal-
le se stare putant: vnde subditur. Adhæsit
cutis eorum ossibus. In osse duritia fortitu-

Septimar

Fo. 50^r

dinis: in cute vero mollities designatur in-
firmitatis. Cutis ergo ossibus adhæret: cū
infirmitas vitij, fortitudo virtutis indicat.
Mollia nimis sunt quæ faciunt, sed suorum
operum cœco nimium amore decepti, for-
tia valde esse putant: vnde euenit vt quo
meliora illa esse cēsent: eo magis de illis emē
dari cōtemnūt. Propter q̄ merito subiūgit
Aruit & facta est quasi lignū. Culpa enim
eorum tanto insensibilior redditur, quanto
apud eos etiā laudabilior habet. Et ideo
illā aridā asserit: quia nulla sui cogitatione
viridescit. Vides ad quōt incōmoda nos du-
cat nostrorum peccatorum ignorantia. Q̄
si morbum suum iam agnoscere peccator in-
cipiat, maximam inde suæ salutis spem ca-
pere potest. Nam & hoc ipsum argumētum
est in melius translatis animi: quia vitia sua quæ
adhuc ignorabat videt. Nullus est enim adeo
suæ salutis contemptor, vt cum se egrotare
cognouerit, medicum illi gratis subuenire
paratum libentissime nō suscipiat, & reme-
dia ab illo decreta, extensis (vt aiunt) vlnis
non amplectatur. Sic etiā nullus est qui
peccatum suū probe agnoscens, de illo non
se accuset & illius poeniteat, nisi suæ salutis
immemor fuerit. Quod si eum commissi cri-
minis poenitet, necesse est, vt pristinae inco-
lunitari sit statim restitutus, quoniā poeni-



Homilia,

tentia antidotum quoddam est efficacissimum et presentaneum ad quoduis peccatum quamlibet etiam mortiferum de pellendum. Hinc est q̄ Adam peccante, dominus illum in paradiso perquirat, et causam cur inobediens fuerit petit, ut vel sic illum ad peccati confessionem vigeret, sciens illam esse viam certissimam ad salutem recuperandam. Ob hanc causam Cain perit absq̄ vlla salutis spe, quia de crimine quod in fratrem fecerat, a deo quaesit, noluit illud fateri, sed superbe illud occultare voluit deo, dicens: Nunquid ego custus sum fratris mei? Si peccatum suum cognouisset, & illud coram deo, qui omnia nouit fuisset confessus, dicens: peccaui: dominus pietissimus statim donasset illi hanc noxam quamuis crudelissimam. Qui peccata sua fateri contemnunt: aliqua tutili excusatione illa palliantes, consuunt folia ficus ut faciant sibi perizomata, quemadmodum Adā & Eua. Petrus agnoscit crimen abiurationis veritatis, & statim flet amare. & pastor ouium instituitur. Paulus agnoscit crimem blasphemiae, & vas electionis, & doctor gentium efficitur. Magdalena agnoscit (non vnum) sed multa quae habebat peccata: propter quod stat retro secus pedes domini: velut quae suam agnoscens sceditatem & turpitudinem non

Gen. 4.

P. Ti. 1.

Luc. 7.

Septima.

Fo. 51.

audet in conspectu dei apparere: & ideo au-
dire meretur: Romitantur tibi peccata tua
Latro in cruce agnoscit peccatum suum dicens
Nos digna factis recipimus: & deinceps mi-
sericordiam petens, dixit. Domine memento mei
dum veneris in regnum tuum, & quia pec-
catum agnouit, misericordiam quam petijt
impetrauit: cum dictum est ei. Amen dico ti-
bi: hodie mecum eris in paradiso. Dauid
peccatum suum agnoscit: dicens. Quonia
iniquitatem meam ego cognosco. Tu ergo
si peccasti quicumque ille sis, quanto quoque
peccato, aut peccatorum numero pressus
fueris, agnosce peccatum tuum: dic: pecca-
ui: miserere: & statim misericordiam conse-
cutus subleuaberis. Verum hic admonitio
ne opus est, ut intelligant peccatores, non
eos oēs vere peccatum suum agnoscere, qui
se peccasse ore fatentur. Sūt enim heu mul-
ti, qui cum se peccasse ore dicunt, corde tamē
negant, sicut de alijs beatus Paulus ait. Fa-
tentur se nosse deum, factis autem negant.
Signa autem vere cognitionis & confessio-
nis sunt haec: videlicet: si paratus est iustam
pro crimine subire poenam: si arguentem &
corrigentem peccatum quod commisit, patien-
ter sustinet: quod si haec facere renuit, argumen-
tam est, illum nondum suum crimen agnos-
cere: quoniam si bene agnosceret, antidotum

Luc. 23.

Titu. 1.



Homilia;

- non contineret. Et (vt rem istam plene cōfirmemus) pro ponamus in exemplū. Saulē regem, qui de peccato inobediētiæ a Samuele propheta reprehensus, dixit. Peccavi, nec tamē exaudiri meruit. Quare Saul nou audit a Samuele, sicut Dauid audiuit a Nathan prpheta, dominus transulit peccatum tuum a te (Nunquid deus acceptor est personarum, vt æque laborantibus, nō æqua mercede donet? Absit. Non est enim personarū acceptio apud deum qui omnī miseretur & dissimulat peccata hominum propter pœnitentiā. Quod Saul veniā nō impetrauit inde euenit, q̄ ille non vt decebat peccatū suum agnouit: quia illa sui peccati confessio plus superbiæ quā humilitatis habet: eo q̄ pœnam sibi a deo inflictam patienter sustinere noluit. Nau cum illi Samuel propheta insinuasset dei irreuocabile decretum dicens. Scidit dominus regnum Israel a te hodie & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triumphator in Israel non parcat, & pœnitudine non flectetur neq; enim homo est vt agat pœnitentiā. Tūc dixit Saul, Peccaui. Sed nūchonora me coram senioribus populimeī & coram Israel. Ac si dixisset. Honora me sicut regē vt ego præcedam velut rex & tu sequaris, vt adorem dominum deum tuum, Deus illū prop-

Septima.

Fo. 52.

pter peccatum regno priuabat & regni solo deiciebat: sed hanc pœnā Saul pati renuebat, dicens. Peccaui. Sed honora me corā senioribus populimeī & corā Israel. Ac si diceret. Peccatum fateor: sed pœnā quam instigis sustinere nolo. Verecundiā siquidē passus, & superbia elatus, renuebat honores amittere, quapropter misericordiā quā petijt non meruit obinere. Quisquis enim sub specie confessionis humanos adhuc honores amittere timet, iste indulgentiā quā sicut a humilitate postulat a deo, adipisci non valet. Confessio enim quam elatio mentis comitatur, veniam impetrare non meretur quo fit, vt is qui in conspectu hominum de peccato reprehendi refugit, veniam quam a deo impetrare poterat: a semetipso excludat: quia peccatum suum se non cognoscere conuincitur, qui de illo coram alijs reprehendi non sustinet. Nam si cognouisset acciperet vtq; correctionem, quæ optima est peccati medicina. Quia ergo Saul correctionem non sustinuit peccatum non agnouisse conuincitur: quoniam & si ore confessus est dicens. Peccaui. Corde tamen se peccasse negauit. Quod ex eo facile conijci potest, q̄ cum a Samuele increparetur quare vocem dñi non audierit, ex ipso fastu superbiæ respondit, dicens. Immo audiui vocē domini,



Homilia,

& ambulavi per viam per quam misit me dominus
Malum enim supra malum adiecit, quia culpam suam non solum agnoscere dedignatus est sed etiam superbiendo defendere studuit, & defendendo accumulavit. Davit autem non sic, sed reprehensus patienter tulit, peccatum suum agnovit: quoniam illud humiliter confessus est, poenas illi a deo decretas non recusavit: immo patienter & gratanter amplexus est. Tu ergo si peccasti & veniam impetrare optas: peccatum tuum agnosce: illud confiteri non erubescas. Scies autem te bene cognoscere peccatum tuum: si correctionem sustines. Si poenas meritas pro peccato solvere satagis. Si cum aliquis peccatum tuum tibi obiicit & impingit non recusas, non ob hoc irasceris, prout faciunt multi, qui cum sua fateantur peccata ab alijs sibi obiici non patiuntur, sua quidem vulnera velut canes lingunt, alium tamen carnem ad ealingenda accedere non permittunt, unde colligitur falsam eos humilitate peccata sua fuisse confessos. Nam si tunc cum peccatum suum confitentem peccatores se esse veraci humilitate cognoscerent, cum arguerentur ab alijs, patienter sustinerent, & quod confessi prius fuerant, se esse postea per impatientiam non negarent. Indictum ergo veram confessionis est, si cum quisque se peccatorem fatetur, alium hoc idem illi dicentem patienter tolerat. Quia enim (ut ait sapiens)

Pro. 18.

Octavum. Fo. 53.

Iustus in principio accusator est sui: iustus videri appetit, quicumque se, nullo arguente de peccato: accusat sed an vera fuerat confessio inde probatur, si altero malum quod facimus increpare: pallinodia non cantamus: si increpati non contradicimus. Nam si superbe reluctamur, convinci factam fuisse nostri peccati confessionem. Tu ergo agnosce peccatum tuum: & si quis obiecerit, patienter sustine, correctionem admittite, poenas debitas persolvere non refugas & sic tibi agnoscere facile de peccata condonabit, & gratiam praeterea tribuet qua vitam promerearis aeternam.

Homilia, Octava.

Et peccatum meum contra me est semper.



Ariam hic versiculus suscipit in interpretationem iuxta varias significationem huius vocis, contra quae praeter vulgarem & tritam significationem qua dissidentiam significat: aliquando significat loci situm: & valet tamen sic et regio vel ex opposito aut contra: sic Vergilius caput, in primo eneid, dicens, Urbs antiqua fuit Tyris tenuere coloni Cartago Italiam contra &c.

Et in euangelio Matthei dicitur, Ite in castrum, Mat. 21. stellum quod contra vos est. Contra vos, i. coram vobis, Et iuxta hanc significationem magis

G v



Homia.

ego crediderim illam vocem hoc loco accipi: propterea quod alia translatio videlicet beati Hieronymi hanc vocis amphibologia euitans sic habet. Et peccatum meum coram me est semper. Ad eundem modum transferunt alii quidem lingue hebraicæ cognitione gloriantur, prout est Pagninus lætensis. Ioannes campēsis eundem sensum reddit, aliis tamen verbis: Sic enim trāstulit. Et peccatum meum nunquam exiit mihi. Que omnes translationes huc tēdūt, vt Dauid his verbis dicat, tam asiduam esse sui peccati cognitionem, vt peccatum suū ob oculos suos semper obuerſetur sibi. Ait ergo. Et peccatum meum contra me, vel coram me est semper. Hoc est semper cogito qualiter te offenderim, vt ipsa offensæ cogitatio me humiliet. Nam quo magis homo agnouerit bonum quod amisit, eo maiorem habet occasionem lugendi propter illud. Hinc sapiēs ait. Qui apponit sciētiam, apponit & dolorē. Quia quāto pl⁹ peccator cœperit scire bonū quod perdidit, tanto plus lugere incipit malū quod inuenit. Cōsiderat namque gaudia cœlestis patriæ, diuitias illius, vbertatē, satietatē, lucē, & vitā dīniq; ppetuam quæ omnia per peccatū amisit. Deinde desleſcit oculos vt cōsideret quo deiectus est, & ubi iacet; & videt quanta ardeat mentis

Eccl̄s. I.

Octaria. Fo. 54.

tristitia, quanta sit paupertas, quanta tenebre, quanta turbatio. Demum tendit oculos ad futura quæ iminent tomenta: vbi luctus sempiternus, fames, sitis, tenebræ, confusio, mors denique sempiterna: Cū hæc omnia cōspicit, bona videlicet que amisit, & mala quæ inuenit, acerbè luget: quoniam ipsa cognitio materiam luctus ministrat. Tantaque est tristitia quam ingerit menti cognitio boni per peccatum amissi: vt nulla eam temporalis consolatio possit subleuare. Propter quod Dauid in tribulatione constitutus, & elongatum se a deo conspiciens, in alio quodam psalmo ait, Renuit consolari anima mea. Sed quare tanto mœrore conficitur, vt nullam consolationem admittat. Nunquid primogenitus hæres regni obit? Aut charissima coniux defuncta est? Aut regni folio deiectus est? Nihil horum, Quid ergo? Audi. Tribulationem qua premebatur, exprimit in ipso psalmi initio: cum ait. Voce mea ad dominum clamaui. Clamare eo tempore necessarium est, cum longe est ille qui clamat: Cum ergo se clamare ait: testatur se propter peccata sua elongatum esse a deo. Et propter hanc causam tanto afficitur tedio, vt dicat, Renuit consolari anima mea. Nam plerumque huius sæculi diuites solent mentis tedio affecti, diuitias suas quibus affluunt cōs-

ps. 76.



Homilia,

picere, vt harum rerū aspectus tristiciā de-
linire valeat. Cū em̄ mœrore quodā premi-
se sentiunt, equos aspiciunt, vt eorū contē-
platione obortumaiæ mœrorem vincant.
Sed propheta qui deo lugeat: quia ab ætere-
nis gaudijs se cecidisse cognoscit, cōsolati-
onem de rebus tēporalibus nō suscipit: dicēs
Remitt consolari aiā mea. Ac si expressius
dixisset. Qui de tēporaliū rerum amissione
non lugeo, de tēporaliū rerum abundantia,
consolari nequaquā valeo. Sed nū quid est
tediū hoc tuū immedicabile vulnus: vt nulli-
la illi valeat consolatio mederi? Non certe:
qm̄ memor fui dei & delectatus sum. Consi-
deravi mansuetudinē ipsi⁹, pietatē & miam
& hmōi contēplatione & suæ bonitatis me-
moriam delectat⁹ sum. Vides quantū efficiat
in peccatore sui peccati aspectus, qui tantū
illi ingerit dolorē: vt nulla eū tēporaliū rerū
consolatio possit lenire. Hinc est q̄ Adā eie-
ctus de paradyso, e regione ipsius paradyfi
collocat⁹ a dño, quāquā hoc in vulgari nra
editione non reperit. Verum septuaginta
hoc referunt, in quorū tralatione ita habet
Et emisit eum dñs de paradyso voluptatis,
vt operaretur terram de qua sumptus est,
& eiecit Adā & collocavit ante paradysum
voluptatis: & posuit cherubin & flāmeum
gladiū versatilē ad custodiendā viam ligni

Gen. 3.

Octaua.

Fo. 55.

vita. Quo in facto, dñs miæ suę & pietatis
argumentū ostendit: qm̄ & si Adā poenam
intigit, illū a paradyso eijciens, hanc tamē
ipsam poenā ad suā vtilitatē dirigebat. Nā
q̄ illum contra paradysum habitare facit,
huc tendit: vt ille perpetuā doloris materiā
haberet: quotidie cogitans vnde exciderit,
& in quē statum se deiecerit. Et quāuis gra-
uissimi doloris spectaculum erat, ansam tñ
magnæ vtilitatis præbebat: vt videlicet ille
perpetuus aspectus cauriorem illū in poste-
rum faceret, ne iterum in similia prolaberet
peccata. Sæpissime em̄ euenit, vt qui bonis
acceptis frui nesciēs factus est deterior, eo-
rum priuatione resipiscēs emendet: qm̄ ex-
perientia sentire incipit suam desidā. Qd
ergo ante paradysum de⁹ Adā collocavit
magnæ miæ & illius curæ symbolum fuit: vt
continuo aspectu memor esset vnde excide-
rat, & lucrum inde per cōtinuū dolorē face-
ceret. Hoc etiā figurat statua illa quā Nabu-
chodonosor rex vidit per somniū, cuius cas-
put ex auro, pectus & brachia de argento,
venter & fœmora de ære tibiæ ferreæ: pedū
quædam sctilis. Hæc aut statua stabat corā
Nabuchodonosor: ipsamq; cōtuens Nabu-
chodonosor territus est. Hæc statua illorum
vitam designat, qui a statu virtutis in vitia
magna paulatim prolapsi sunt, quod facile



Homilia.

est agnoscere, si statuæ initium, mediâ, & fluem diligenti inuestigatione consideremus. Valde quippe distant aurum & testatum alteri multum interest. Ex auro incipit, in testam desinit. Sic etiam sæpe contingit: vt is qui in culmine virtutum fuit olim, parua post modum negligēs, in maxima vitia sit deiectus. Ex capite aureo ad pedes testeos deuenitur. Per aurum quod cetera metalla valore & splendore excedit intelligitur charitas: quæ (teste apostolo) reliquas omnes superat virtutes. De quo auro dicitur in apocalypsi. Suadeo tibi emere a me aurum, vt locuples fias. Charitate namque locupletamur, quâ præcibus & gemitibus a deo emit peccator. Et quia charitas hæc maior & perfectior viget in beatis quâ in iustis in hac vallis miseria existētibus: dicitur in Apocalypsi, de illa superna Hierusalem quæ iuxta Paulum est mater nostra: quæ sit ciuitas ipsa aurum mundum. Quia charitas quæ in hac vita habetur quamlibet sit reipurgata, semper habet admixtam quamdam peccatorum venialium scoriâ (dicente beato Ioanne in sua canonica.) Si dixerimus quia peccatum non habemus: nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Charitas vero qua iusti se in patria diligunt nihil habet huiusmodi scoriæ admixtum:

I. co. 13.

Apo. 3.

Apo. 21.

I. Ioã. 1.

Octaua. Fol. 56.

& ideo hæc ipsa ciuitas aurum mundum dicitur. Per argētum, eloquētia, aut doctrinæ claritas figuratur: iuxta id quod in alio quodam psalmo dicitur. Eloquia dñi eloquia casta: argētum igne examinatum probatum terrefragatum seprulū. Caput aureum in pedus descendit argenteū: quia multi principia habuerunt optima: feruore charitatis tenebāt sed charitatem ipsam amittentes, solam bonam elocutionem conseruarunt: opera relinquētur, verba virtuosa retinent: cū de virtutibus loquuntur tanquam psitaci verba formāt: qui cum opere non possunt verbo solo, hominē imitantur. Sed hoc ipsum verbū argenteum: in æreum paulatim descendit: cum id quod prius ex veritate loquebatur, aura solum populari postea ductus ex sola vanitate loquitur, vt gloriolā quandā inde captare possit. Prius enim deo loquebatur, quia & si ipse a via declinauerat virtutis, cupiebat tamē alios errātes ad rectam viā reducere. Nūc vero salutis alienæ in memot perinde ac suæ: hoc solū curat: vt hominibus placeat. Talis igitur æris more, suauiter sonat exteri⁹: sed volūtatis malignitate pallescit interne: æs namque argētum imitatur in sono: sed multū argēto interest in colore & precio. Sed cū hæc ipsa mala quæ occulto faciebat prodierint in publicū vt iā



Homilia,
reuelata sit ignominia sua: & visum fuerit
opprobrium suum: tunc quidem factus ve-
lut frons meretricis, iam virtutes ipsas quas
nō operatur, laudare desinit: & qđ magis do-
lendū est, eas ipsas vituperare non cessat
& qui prius de virtutibus carmina lyra cā-
tabat, nunc satyram agit, sicq; faciens, as-
diminuit vsq; ad ferrum. Ferrum nāq; om-
nia comminuit & domat metalla: & talis est
maledicentia quæ omnia bona sic conterit
vt in æstimatione hominū a deo parua ap-
parere faciat: vt vitia iudicentur. Sed qui
tam audaces sunt ad mala inferenda, isti se-
pissime pusillanimes sunt ad ea toleranda,
& qui faciles sunt ad iniurias irrogandas,
isdem dissimiles supra modū sunt ad eas: pa-
tienter sustinēdas. Et ad hunc modū ex fer-
ro deuenitur ad testam. Testa em̄ qm̄ facile
frangitur, impatientiæ fragilitatem aprisi-
me significat. Ecce in quē finem desinit sta-
tua, quæ initium suū cœperat ab auro. Sic
multi vitam suā auspicant a virtutibus, &
tandem in turpissima vitia desinunt. Hoc
est quod Hieremias in threnis plorat, dicens
Thr. 4. Filij Siō incliti & amicti auro puro quomodo
reputati sunt in vasa testea opus manū
figuli. Qui enim prius religiose agere, & cha-
ritate feruere solebant, nunc nimium teple-
di remissi in voluptatis cœno volunt. Va-
sa

Octava. Fo. 57.

sa enim testea facti sunt: quia voluptuosus
si, quia impatientes facti sunt. Vtrumq; enim
in testa figuratur: qm̄ testa sicut fragilis, ita
& contēptibilis est. Quid autem voluptate
contēptibili? Quid impatientia fragilius?
Talis est ille qui in stercore rerum mūdāna
rumiacens vilescit: & minima quaq; tribula-
tione frangitur. Ecce statuam: Ecce vitæ or-
dinem quæ optimum habēs initium, in pe-
simum desinit finem: a virtutis culmine in
vitiorum profundum descendit. Sed hæc
statua: contra Nabuchodonosor stabat: vt
videlicet per aspectū illiū humilietur: & sua
superbia cōfundat. Tunc enim coram vno
quoq; nostrum huiusmodi statua erigit, qm̄
nostris oculis peccati cœditas & calamitas
ingeritur, vt hac contēplatiōe vnde & quo
deiectus sit agnoscat: & sic per hm̄i aspectū
nostra impudentia cōpescatur, deisciat sup-
bia, duritia conteratur. Hæc statua contra
Dauid stetit: qm̄ illi peccatum suū p̄ Nathā
prophetam ostensum est. Caput em̄ aureū
habebat: cum humilis, castus, mansuetus,
iniuriarum immemor, contēplationi dedi-
tus fuit. Sed tandem caput aureum in pedi-
bus testeis finitur: quia a tanto virtutū cul-
mine ad adulterium & homicidium descen-
dit, qui prius hosti Sauli pepercit: postea si-
delissimo militi Vriæ non parcat. Quanta
H



Homilia,

dissimilitudo inter caput aureum & pedes
testeos: tanta est inter David in spelunca par-
centem Sauli, & eundem postea nocentem
Vriæ. Verum hæc ad aliorum cautelam, nõ
ad exemplum dicta sunt, vt videlicet qui se
existimat stare videatne cadat. Et si caput
aureum in pedes desinit testeos: quæ finem
putas habiturum, caput habentem testeum.
Vt autem hæc statua ante oculos Davidis
semel collocata fuit: nunquã ab ea rex ocu-
los suos auerit, sed in eam defixis oculis in-
giter intēdebat. Et hoc est quod ait. Et pec-
catum meum cõtra me est semper. Semper
in id oculos mentis intendo, vt eius scõditate
agnoscam. Cur autē hoc faciat, in alio
quodam psalmo expressit, dicens. Quoniã
cogitatio hominis confitebitur tibi, & re-
liquiã cogitationis diem festum agent tibi.
Prima cogitatio est de peccato, de scõditate
de turpitudine, de malitia illius: & ex hac
cogitatione super sunt semper quædam re-
liquiã, videlicet odium, displicentia, detesta-
tio. Nam (vt est apud quendam prophetã)
omnis qui viderit te resiliet a te. Quisquis
enim probe (vt decet) peccati malitiam ag-
nouerit, nisi mentis inops: ab illo tanquam
a profundo puteo resiliet, & velut a poculo
venenato abstinebit. Reliquiẽ ergo quæ de
cogitatione peccati super sunt, sunt peccati

ps. 75,

Nũ. 5,

Octaua. Fo. 58.

odium et displicentia. Et hæc diem festum
agunt deo: vel (vt alia traslatio habet) so-
lennia celebrant deo. Quale autem sit hoc
festum, expressit pater benignus, qui fili-
um de pastu porcorum et fame redeun-
tem recipiens: ait. Manducemus et epule-
mur: quia hic filius meus mortuus erat et
reuixit: perierat et inuentus est. Grande
nimis et magnificum festum faciunt hæc co-
gitationis reliquiã: cum in celo fiat ma-
gnum gaudium super vno peccatore pec-
nitentiam agente. Quia ergo David co-
gnoscit quantum lucrum sibi facere possit
hæc peccati cogitatio, ideo nunquam hæc
cogitatio excidit sibi, semper defixis in pec-
catum oculis intendit: vt nulla rei familia-
ris dispensatio, aut regni administratio ab
huiusmodi cogitatione illum auocare po-
tuerit: ideo ait. Et peccatum meum contra
me est semper. Meum inquam, nõ alienum:
ego enim non sum talis vt me despecto, alie-
na curẽ. Non proiicio peccata mea post ter-
gum, vt aliena ante oculos meos habeam.
Nolo trabem in oculo meo pati, vt festuca
de oculo alieno eijciam: prout sunt læu-
nium multi: qui sui obliti alios intuentur.
Nam hoc potius est accumulare peccata &
augere: quã minuere. Meipm solũ cõsidero
nec mihi ipsi sum satis, nisi deus me docuerit.

La. 15.

Luc. 15.

Mat. 7.



Homilia

Ideo peccatū meum semper coram oculis
meos statuo: vt per continuū aspectum, con-
tinuo doctior fiam. Et si quid forte malitia
est in peccato, quod hodie oculos meos sub-
terfugit, crastina die videre possim: qđ cras-
tina dies ignorauerit, sequens ali⁹ dies me
doceat. Semper ergo cogitationi peccati in-
sistam, vt semper cognitio crescat q̄ me quo-
tidie ad peccati detestationem vehementi⁹
solicitet: & impellat. Hanc ergo sui peccati
iugem memoriam, nunc pro se Dauid in ar-
gumentum sumit, vt iustitia interueniente
Esa. 45. deus misereatur illius. Nam per prophetā
Esaia dominus ait. Ego sum qui deleo in-
iquitates tuas & memor non ero. Tu autem
memor esto & iudicemur. Ecce qua conditio-
ne, iniquitatum peccatoris se immemo-
rem pollicetur: videlicet si ille memor fuerit.
Dauid ergo pactum admittit: conditionem
offert: dicens. Et peccatum meum contra
me est semper. Promissum exigit: dicens. Mi-
serere mei. Caue ergo ne peccatorum tuorū
immemor existas, ne proicias ea post
tergum: sed ante oculos ea statue: vt eorum
malitia perspecta, ea plenius detestari val-
leas: & sic proiciet ea deus post tergum suū
& miserebitur tui Iesus Christus filius dei,
qui cum patre & spiritu sancto viuūt & re-
gnat in sæcula sæculorum. Amen.

Nona.

Fo. 59.

Homilia nona.

Tibi soli peccaui & malum coram te feci.
Vstum est, vt quisq; ab illo ve-
niā petat cui iniuriam intulit.
Dauid q̄ a solo deo miām pos-
tulauit: cām cur id faciat nunc
prodit, dicens. Tibi soli peccaui:
A te solo peto miām: quia te solū me of-
fendisse cognosco. Sed hic scrupulus vrget
non paruus, quō verum esse pōt, vt in solū
deum peccasse dicat, qui innocentē interfe-
cit, & adulterium cōmisit. Nonne hoc etiā
est peccare in proximū? In huius versiculi
expositione varie desudatū est a diuersis.
Nam alius, aliam reddit interpretationem
Et licet quælibet earum vera sit, nescio ta-
men an earū aliqua sit satis literæ cōueniēs
& quæ vere & plene literæ sensum reddat.
Nam Hieronym⁹, Augustin⁹, Ambrosius,
Chrysostom⁹, Gregorius, Cassiodori⁹, qui
oēs hunc psalmū interpretant, & eorū aliq̄
specialib⁹ de hoc psalmo libellis editis (omit-
to alios: qui digni non sunt vt cū his vel ex
longinquo conferant) concordī sentētia ex-
ponunt hunc locum dicentes. Ideo Dauid
soli deo peccasse, quia solus deus sine pec-
cato est: solus qui peccata iudicat: sol⁹ qui
punire & parcere potest. Alij quidē homi-
nes, qui regi subduntur, peccāt regi & deo



Homilia.

quia ab utroque puniri possunt: & utriusque
mādatū trāsgredītur. At rex qui soli deo
subditur, & ab illo solo corripī pōt, soli deo
peccat. Hæc quædē vera sunt: quod videlicet solus
deus regē punire potest: & quod solus deus est sine
peccato. Anaūt ideo soli deo peccare dicē
dicitur, dubiū mihi est: quoniā talē loquēdi mo-
dū nō memini me in sacris scripturis alibi le-
gisſe. Inuenio quidē sæpe in sacris literis dī-
cī, hominē peccare in hominē. Nā Pharaonē
frustratē fidei quā filiis Israel dederat peccā-
nitēs, eis dēq; israelitis loquens: ait. Peccati
in dominum deum vestrum: & in vos. Ecce
hominem & quidem regem, qui in homi-
nes sibi subditos se peccasse fatetur. Et ratio
men solus deus punire poterat Pharaonē.
Præterea in primo libro regum legitur. Si
peccauerit vir in virū placari ei potest deus:
si autem in deū peccauerit vir: quis orabit
pro eo? Quamuis solus deus sine peccato
sit, hic tamen audis virū posse in virū pec-
care. Non ergo soli deo peccare dicēdus est
homo: quia solus deus sine peccato est: aut
soli deo peccare dicemus regem, quia solus
deus regem punire potest: cū regem in sibi
subditum: & virum in sibi æqualem peccas-
se, ex sacris literis pateat. Nisi forte, pecca-
re deo, quiddam aliud sonet in sacra scrip-
tura. quam peccare in deum; quam verberū

Exo. 10.

I. re. 10.

Noua. Fo. 60.

diferentiam (vt ingenue fatear) ego non vi-
deo: cū absq; illo discrimine, vnum pro alio
in sacris codicibus positum, sæpissime re-
periat. Sed si hæc præsentis versiculi ex-
positio quā tanti viri sanctitate perinde ac
doctrina illustres comprobauerūt nō placet:
quid genioli mei tenuitas poterit excogita-
re quod doctis viris vel aliqua ex pte placere
possit? Adsit ergo ipse dominus qui linguas
infantiū facit disertas: quiq; docet hominē
scientiā: & illuminare dignetur intellectum
meū vt valeam intelligere: & disserere non
quod hominibus placeat, a quibus probari
nō opto: sed quod verum & germanum lite-
ræ sensum exprimat, qui animarū saluti vt
cunq; prodesse possit. Nec mirari quisquā
debet, si nos aliquid in hunc locum contu-
lerimus quod a tātis viris fuerit prætermis-
sum quoniā (vt ait Paulus) diuisiones gra-
tiarum sunt: & (vt ait alius) Nihil ex omni
patre beatū. Quod ego domino donāte de
hoc loco ex altis scripturæ locis cōiicere va-
leo: ita habet. Dauid ideo soli deo se peccas-
se asserit, quia solo deo presente peccatum
commisit: solus deus fuit illius peccati con-
scius. Nam si de adulterio sit sermo, certum
est Dauidem nullis admissis testibus illud
perpetrasse: cum ipse concubitus etiam
coniugalis, qui honestissimus est: res sit

I. cor. 12.

Hora.



Homilia,

adeo verecunda, vt nullus sit, nisi insanus, aut demens, qui loca secreta nō requirat, vt talē concubitū explere valeat. Homicidium fuit secretū: quā & si Dauid dedit literas ad belli præfectū & ducē: vt Vriā in acie cōstitueret in loco minus munito, & magis hostibus periuo, ignorabat tñ an forte propt Vriā aliqd secretū scelus, iustitia ira exigēte, id fuisset rex iubere cōpulsus: secreto tñ, ne forte si id publice, & preconē clamāte fieret cōmotio aliqua: aut tumult⁹ aliquis excitaret, q̄ male sedari posset. Præterea, peccatum quodlibet, plus pēdet ex corde quā ex opere. Nā ex hac sola rōne, op⁹ aliquod censet peccatū, quia ex malitia cordis proficiscitur. De corde em̄ (vt ait ipsa met veritas) exeunt adulteria, fornicatiōes, homicidia, furtiua. Si ergo corde præcipue peccat: corā solo deo peccamus, cū solus ipse sit qui intuetur cor. Peccatū ergo Dauid sic fuit secretum, vt oēs lateret: qd̄ cum solus deus sciret: ideo ait, Tibi soli peccaui, hoc est, te solo conscio: te solo præsentē. Nā si alij hoc sciuissent, illis etiā peccassem, qbus malo meo exēplo, ruine occasionē præbuissem: q̄ tñ tu solus eras præsentē cū peccabā: ideo tibi soli peccaui. Et hanc nostrā interpretationē esse huic literę germanā, apertissime oñdit, id qd̄ Dñs per Nathan pphetā Dauidi mis-

Mat. 15.

Nona.

Fo. 61.

natus est, dicens. Dabo vxores tuas proximo tuo: & dormiet cū eis in oculis solis huius. Tu em̄ fecisti in occulto, ego aut̄ faciam in cōspectu toti⁹ Israel. Ex quib⁹ colligim⁹, publicā pœnā esse inflictā occulto crimini. Hoc ergo peccatū nunc ipse fatef: dicens. Tibi soli peccaui. Et hunc sensum verba sequentia innunt: quibus ait, Et malū corā te feci, Ac si diceret, Tibi soli peccaui: quia malū corā te solo feci. Et hāc interpretatiō nē innuere videt̄ Ambrosi⁹ cū ait, Tibi soli peccaui, quē solū abscondita cogitationum & mentis occulta nō fallunt. Et hic loquendū modus satis vsitatus est in sacris literis, vt ille dicat̄ peccare deo, qui peccat corā deo, & ille dicat̄ peccare in hominē qui peccat corā hoīe. Nā propheta Baruch, peccatū filiorū Israel sub eorū noīe deplorās, ait, Peccaui⁹ dño deo nr̄o. Et paucis interiectis eandē cantilenā repetens, ait, Peccaui⁹ ante dñm deū nr̄m. Ex qbus cōiicere licet idē esse peccare deo & peccare ante deum. Satis notū est etiā illud qd̄ apud Matthæū xp̄s ait, Si peccauerit in te frater tuus vade & corripe eū inter te & ipsum solū, Quo loco constat̄ concordī oīm sententiā: peccare in fratrē, tñ valere ac peccare fratre sciēte. Cū ergo Dauid ait, Tibi soli peccaui, idem est ac si diceret, Te solo sciēte & te solo præ-

2. reg. 12.

Baru. 1.

Mat. 18.



Homilia,

sente peccauit: quia coram te solo malum feci. Quæ Davidis verba magnum quodam humilitatis insigne præseferunt: quoniam illa verba in sui accusationem protulit, dei presentiam sibi ipsi obiciens: quæ sola sufficere deouisset vt illum a peccato deterret. Cum ergo ait. Tibi soli peccaui & malum coram te feci: huc tendit vt dicat. Vel hoc a peccato me detertere valuisset: si considerassem, quod tu corameras, cū ego peceabam. Et merito hæc in sui accusationem ait David: quoniam magna cui libet peccatori si dissimulare non vult: est indicta necessitas probitatis: cum ante oculos agat in dicitis cuncta cernentis. Nullus est enim homo adeo effrons, qui in plurimis peccatis non vereatur hominum presentiam: quoniam cum peccato debeat vituperium quæ admodum virtuti honor, & omnes a natura refugiamus vt vituperium & dedecus: hinc est, quod veremur ea coram hominibus facere propter quæ suspicamur illorum de nobis opinionem minuendam. Et tamen hæc est miseranda hominum cæcitas: qui cum se inuicem reuereantur cum peccant, dei presentiam nunquam reformidant. Forte ignorant diuinos illos plusquam linceos oculos cuncta prospicere: nihilque esse tam occultum quod deum latere possit. Aut si deū

Nona. Fo. 62.

cuncta scire credunt suspicantur forte illū nostris peccatis non offendi. Aut illū adeo iniustum censent, vt peccata impunita esse velit. Aut forte impotentem, qui etiam cū velit punire non possit: existimant. Si credunt se posse diuinos oculos frustrare, audiunt quod in primo regnorum libro dicitur. Homines iudicant quæ foris sunt deus autem intuetur cor. Et diuinus psaltes ait. Scrutans corda & renes deus. Scrutantem ps. 7. dixit, vt eum minutissima quæque cognosce ps. 7. re inueret: prout facit is qui rem quampiam cum diligentia scrutatur cui nihil est, etiam quamlibet paruum quod non sit probe exploratum. Huic sententiæ Hieremias propheta ex persona dei subscribit, dicens. Hier. 23. Deus appropinquans ego & non de longe deus. Nunquid latere quis poterit in absconditis, & ego non videbo eum? Et diuinus Ecclesi. 24. na sapientia clamat se in profundum abyssi penetrasset: vt ostendat nihil esse tam occultum, quod illi non sit manifestum. Nemo ergo inde audaciam peccandi sumat, quod putet peccatum suum fore secretum cum scelestis illis senibus dicens. Ostia pomarii clausa sunt, nemo nos videt. Esto: nemo te videat: sed nunquid ideo Dan. 13. nullus? Videt. n. te deus: videt te iudex ille, cuius tribunali te assistere oportet. Ex



Homilia,

si peccatū tale est, vt cordis latebras exeat
videt illud angelus malus: videt angel⁹ bo-
nus, videt accusator, videt testiū multitudo
Nullus ergo hac rōne securus sit: q̄ eū pec-
cantē nemo videt: q̄ latent in insidijs, quos
latere homo nō pōt, sicq; latent, vt illos hō
deprehendere non possit. Sunt tamē aliqui
sicut lepus: qui (vt aiunt) dum etis caput in-
figens, dū vidētem se non videt: se quoq; re-
putat nō videri. Qua in re maxime fallunt:
qm̄ & si deū nos nō videamus, illū tñ late-
re nō possum⁹. **Auris eñ cœli audit oīa.** Et
qui finxit oculū ipse considerat. Nuda enim
sunt illius oculis oīa, Visus illius penetrabi-
lior est omni gladio ancipiti: qm̄ ipsas non
modo cernit, sed etiā discernit cogitationū
vias, & medullas affectionū. Vñ colligimus
vt tā insanū sit, sub illis oculis velle peccare
quā horrendū est incidere in manus dei tan-
uentis. Et ob hanc causam: iudiciū dei tan-
topere formidabat Paulus, quia iudicia ho-
minū pro nihilo ducebat: dicens. Mihi pro-
minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab huma-
no die: sed neq; me ipm̄ iudico: Nihil enim
mihi cōsciū sum: sed non in hoc iustificat⁹
sum: qui autē iudicat me, dñs est. Vides quā
tum deus iuxta Pauli sententiā in cordibus
nōis cognoscat: vt multa q̄ nos ipsos latentē
illi sint apertissima. Ob quā causam, etiā cū

Sapiē. 1.
Heb. 4.

I. cor. 4.

Nona. Fo. 65.

nihil sibi conscius esset Paulus: a dño tamē
iudicari p̄timefcit. Cū ergo peccatū aliq̄
committere tentas: aut cogitatio aliqua ma-
la cor tuum pulsar: atq; sollicitat: considera
deum esse præsentem vt vel hac occasione a
quolibet peccato perpetrando reuocaris.
si forte deum non times & solos hominū ve-
reris aspectus: memor esto hominē christū
hominum facta minime ignorare, vt coram
illo attentare non audeas q̄ corā me. prius
non auderis. Alioqui si carnis oculū magis
quā gladiū quē dñs iam vibrauit: formidas:
& id quod times eueniet tibi, & accidet q̄
vereris, Nihil est enim opertum q̄ non sit
reuelandum in illa die iudicij: in qua illum
nabit dñs abscondita tenebrarū & manife-
stabit consilia cordiū. Tunc enim scrutabit⁹
Hierusalē in lucernis ardētibus. Quid ergo **I. co. 4:**
turū in Babylone sūm Hierusalē sit scrutiniū **Soph. 1.**
Si iustus vix saluabit in iust⁹ vbi apparebit
Nam hoc loco quātū ego existimo, nomine
Hierusalē designat iustus, qui in pace in id
ipsum dormit & animi trāquillitate requies-
cit. Peccator vero qui vitā suā i turbatione
vitiōrum & scelerū varietate confundit, si-
gnificat noīe Babylonis. Istius peccata ma-
nifesta sūt & a deo magna, vt a quouis pos-
sint deprehendi, & ideo non egēt scrutinio,
sed iudicio. Iusti autē peccata: aut minima



Homilia,

funt & occulta, aut si quæ magna præcesserunt, mutatione melioris vitæ, & habitu charitatis superuenientis, operta sunt. Et ob hanc causam subtili oportebit eas inuestigare inquisitione, vt lucernis admotis conspiciantur, quæ virtutum adumbratione latebant. Si ergo peccator iam credit deum cuncta prospicere, mirum est quod peccans diuinam præsentiam non reformidat, cum tamen columnæ cæli contremiscant, & panes aut ad nutum eius. Forte existimat deum adeo misericordem: vel (vt verius dicam) iniustum: vt peccatis nostris non offendatur, & inulta illa esse velit. Aut impotentem forte autumat, vt etiam cum velit punire non possit. Si de eius potentia dubitant, audiât prophetam dicentem. Omnia quæ deus voluit, fecit in cælo & in terra. Audiant etiam quid Paulus dicat, in ea quæ est ad Hebræos **Heb. 10.** epistola. Horrendum est (inquit) incidere in manus dei viuentis. De voluntate dei ad punitionem malorum non est opus producere testes: sed ipsum deum suam ipsius voluntatem exprimere audiamus. Peccatori enim per prophetam loquens ita ait. Existimasti inique quod ero tui similis: arguam te & statuam contra faciem tuam. Quia mala facta tua placent tibi, putas etiam placere mihi: quia enim deum non statim habes vltor,

Nona. *incho* Fo. 64.

vis habere participem, & tanquam corruptum iudicem, prædæ socium vis habere. Existimasti inique quod ero tui similis. Certe tui similis essem, si paterer peccatum tuum inultum abire. Similis tui essem, si peccatum tuum ignorarem: tu enim peccatum tuum sapissime ignoras; & si te peccasse agnoscis peccatum tuum post tergum proiicis: ne videre possis. Ego autem qui peccatum tuum video: nunquid impunitum illud dimittam? Si ita me facturum censes, existimasti inique. Si putas me ignorare peccata tua, sicut tu ea sapissime ignoras: existimasti inique. Si credis me illa proiecis post tergum prout tu facis, existimasti inique. Si existimas peccata tua placere mihi quemadmodum placent tibi: existimasti inique. Aut si forte me adeo iniustum censes, vt peccata tua inulta abire permittam: existimasti inique. Arguante, & statuam te contra faciem tuam: ludex sum & iustus iniquitatum vltor. Cum peccabas, tacui: sed nunquid semper tacebo? Taceo tui, quia iniquitatem dissimulaui, tempus ad poenitentiam indulsi: sed nunquid semper tacebo? nunquid semper dissimulabo? Si ita de me censes: existimasti inique quod ero tui similis. Nam arguam te de mendacio quando venero, vt manifestem consilia cordis tui. Et vt cognoscas quod te cum peccabas



Homilia.

videbā: constituā te añ faciē tuam. Peccata
quæ tu post dorsum posuisti, ego ante faciē
tuam ponā, & tunc videbis scēditatē tuam:
non vt corrigas, sed vt erubescas. Qui ergo
tentat a concupiscentia sua abstractus & il
lectus, consideret deū præsentē esse qui oīa
conspicit, iudicē ad stare corā nobis: ante cu
ius tribunal nos oportet assistere: illū esse
tam iustum, vt nullū peccatū inultum trans
sire permittat: illum esse tam potentē, vt vo
luntati eius nemo resistere possit. Et cū hec
probe considerauerit, resiliet a peccato in
quod præcep̄sibat. Quā si bene aduerterit tim
mebit: qui autē timet deū, faciet bona. Meri
to ergo in sui accusationē Dauid ait, Tibi so
li peccaui: & malum corā te feci. Ac si dice
ret. A deo effrons & inuētecundus fui: vt te
præsentē & coram oculis tuis peccare non
erubuerim. Nā & si homines peccatū meū
latuerit: te autē quod oīa quālibet occulta nosti,
latere nō potuit. Tibi ergo soli peccaui: quā
tu solus secretorum scrutator, me peccantē
videbas. Quāuis autē peccatū meum secre
tum fuerit: ego tñ illud nunc publicare de
creui: vt tu iustus in oībus tuis sermonibus
inueniaris: & vincas cum iudicaris. Nā aliq
sunt qui cum deo contendere non verētur:
& illum de iniustitia accusare non reformi
dant: quod pœnas infixit sine causa. Quare
inquit

Heb. 10.

Nona. Fol. 65.

inquit mihi hoc euenit? Cur nunc tam sa
ua tempestas? Vnde mihi tot tantaq; mala?
Sic etiā Dauid nunc futurum timet, ne for
te cum pœnæ quas illi deus per Nathā pro
phetam minatus est illum confringerent,
deus accusaretur, quod Dauidem seruum fide
lē, tot angustijs vallauerit, tot cinxerit tri
bulationibus. Ideo Dauid dei gloriā zelās,
vt dei iustificatio sit nota, & cum sic ad iudi
cium deus vocatus fuerit: victor euadat: suū
peccatum quod secretū esse sciebat, publica
re decreuit: vt peccato publicato: dei iustifi
catio oībus innotescat: cum Dauidē p̄pret
illud pœnis aliquibus afflixerit. In quo fa
cto multum dauidis fidelitas elucet, qui do
mini sui honorem, honori suo antepone
re non dubitauit. Cum ergo ait, Tibi soli pec
caui & malū coram te feci: vt iustificeris, &c.
Nō ita accipiendū est quasi hoc sine Dauid
se peccasse asserat, vt deus iustificaretur, sed
ideo peccatum suum aperte profiteatur, vt deus
iustificetur: & vincat cum indicabitur. Pec
cati ergo publicationem ad hunc fidē ordi
nasse videtur: vt dei iustificatio fieret oībus
manifesta. Quod autē ait, Tibi soli peccaui
& malum coram te feci, in sui accusationem
illum dixisse mihi probatur. Sic etiam filius
ille prodigus qui bona sua dissipauerat ad
se reuersus peccatumque suum agnosces di



Homilia,

ccbat. Pater peccauit in cœlum & coram te. Cum enim ille abierat in regionem longin- quam vitiorum, sic se a patre elongatū cen- sebat: vt crederet patrem non fuisse scelerū suorum prospectorem. Nūc autem ad se re- uersus, agnoscit patrem cœlestem tunc præ- sentem esse cū peccabat: & ob hoc se ipsum nunc accusat, q̄ patris præsentiam cū pec- cabat reueritus non fuerit, David autē qui postea semper deum suorum operū inspecto- rem cōsiderabat: semper opera sua circū- spiciebat, ne forte quicquā ageret, quod oculis diuinæ maiestatis cuncta cernentis displiceret: ideo alibi ait. Seruauit mandata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in cōspectu tuo. Tu ergo si vis ab omni pec- cato cauere: in omni opere quod facere cogi- tas, considera deum esse præsentē, in cuius cōspectu sunt omnes viæ tuæ, & sic om- nia mandata dei seruabis, quibus vitā asse- quaris æternam: Quam nobis deus donare dignetur, per merita Iesu Christi filij sui: qui cum eodem & spiritu sancto uiuit, & regnat: per infinita sæcula sæculorū. Amen.

Ps. 118.

Homilia, decima.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.

Decima.

Fo. 66.



Argumentum aliud, & hoc ab in- firmitate sumptum, nunc pro- fert David: quo deo persuadeat iustum esse, vt illius misereatur. Is enim qui non ex malitia pec- cavit, sed ex infirmitate quadam & fragili- tate succubuit: dignus est qui veniā conse- quatur. Vt hanc igit̄ David assequi valeat: infirmitatē suam, & malā peccati radicē in- se sitam causat, dicens. Ecce enim in iniqui- tatibus conceptus sum, Non dixit in quib⁹ suis an parentū. Ob quā causam, aliqui erro- ris ansam susceperunt, dicētes: paruulos in peccatis parentū concipi: quia (vt aiunt) parentes cum se ad generationē prolis com- miscent: peccant. Et ob hanc causam pphe- tam dixisse, putant. Ecce enim in iniquitati- bus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea. Ita enim sentiunt Encratis- tæ, Adamiani: Aeriani, & cæteri q̄ nuptias damnant. Quorū errorem redarguit Paul⁹ in plurib⁹ locis, p̄fertim in eplā ad Hebræos Heb. 13. dicens. Honorabile cōnubiū oib⁹, & thor⁹ immaculat⁹. Nec op⁹ est, vt i hac hæresi re- fellēda ampli⁹ immoremur: qm̄ i eo ope qd̄ aduers⁹ oēs hæreses edidim⁹, abunde satis disputatū est. Si ergo paruulus nō in pctis parentū cōcipit: reliquū est, vt in peccato p̄prio concipiatur. Aut si in peccato paren-



Homilia,

tum concipitur: illud est primorum parentum peccatum, quod ad posteros oēs Adā per propagationē transmisit. Nam sicut ab ipso, iustitiæ originalis obligatio ad omnes deriuata est: ita etiam peccatum originale: quā iustitiā originālē nobis per manū (vt ita dicam) tradens, eo ipso, etiā peccatū ad nos transmisit. Peccante enim Adam, omnē suā stirpem in seipso tanquā in radice sic vitauit: vt quęcūq; proles ex simul damnata per quā peccauerat coniuge nascereſ, traheret peccatum originale. Propter quōd Paulus in epistola ad romanos: ait. Sicut per vnū hominem in hunc mundū peccatū intrauit, & per peccatum mors: ita in oēs homines pertransiit in quo oēs peccauerunt. In quibus verbis id aduertendum est quōd ait, pertransiit. Inde enim paruulus est reus: non quia peccatum fecit: sed quia a parētibus traxit. Illud siquidem primū peccatum non in solo fonte mansit, sed inde pertransiit in omnes per vitiatā carnem genitos. Ideo ait, in quo oēs peccauerūt: quia quā ipse peccauit oēs in illo erant, & tota humani generis massa in illo infecta est: peccati veneno. Et ita in illo oēs peccauerunt: non quidē in illo, hoc est, illius exemplo (pro vt Erasmus male sentiens interpretatur in suis annotationib⁹) quasi Adā peccans malū exēplū peccati se

Rom. 5.

Decima.

Fo. 67.

omnibus prębuerit: & propterea oēs in illo peccauerint: quia malo illius exēplo: omnes in peccatum lapsi sūt. Nō certe sic: sed ideo in illo oēs peccauerunt: quia oēs in lumbis eius tunc erant cum ipse peccauit: & iō tūc peccauerūt: oēs tanquā in radice, quā dānata radice & ramo setiā dānari fuit necesse. Alio qui si solo exemplo oēs peccauerūt: vbi est peccatum originale? Nullum erit in paruulis peccatum quā nondū potuerunt ex Adā exemplū sumere vt peccarent. De hoc ergo peccato intelligit propheta cū ait. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum & in peccatis concepit me mater mea. Vel (vt alia trāslatio habet) peperit me mater mea. In quibus verbis, matris potius fecit mentionem quā patris, quia maior est matri cum filij coniuinctio: & plus a matre carnis & sanguinis recipit proles. Et ab Eva cunctōrū matre initium sumpsit peccatum. Ex his ergo Dauidis verbis prosternitur insanus Pelagij error dicentis, nullum esse originale peccatum: nullumq; esse peccatum in paruulis. Si nullum est paruulorū peccatum: quōd est peccatum illud in quo Dauid conceptum se fuisse restatur? Cum enim iam ostenderit ex Paulo nullum esse in cōiugio peccatum conuincit, vt paruulus recens natus in peccato suo sit natus. Non autē in peccato a se



Homilia,

cōmissio: quoniā tale nullū esse in paruulo:
vel ex eo aptissime cōuincitur, qđ vsum ra-
tionis sine quo peccatū cōmitti nō pōt, ta-
lis paruulus nondū obtinuit. In peccato er-
go qđ a parentibus cum carne traxit, cōcep-
tum esse oportet. Illud nos dicimus pecca-
tū originale. Verū cū his dictis in faciē pug-
nare videtur, quod ait. In iniquitatibus, &
non in iniquitate: in peccatis, & nō in pec-
cato. Nam cum peccatum originale vnum
tantum sit in quolibet homine: quō verum
esse poterit, in peccatis illum esse cōceptū,
si de peccato originali verba illa sunt intelli-
genda. Hāc autem objectionem nos ita re-
felimus, dicētes numerum pluralem ibidē
subrogatum esse loco numeri singularis: si-
cut solemne est in sacris literis vnum pro al-
tero substitui. Nam in Exodo sic scriptum
legimus. Venit musca grauisima in domos
Pharaonis & seruorū eius: & in oēm terram
ægypti, corruptaq; est terra ab huiuscemo-
di muscis. Hoc in loco cōstat numerū singu-
larē positum esse loco numeri pluralis: ita
vt musca grauisima ibidem tantum valeat:
sicut multitudo muscarum. Sic & in præsen-
ti versiculo vice versa positū est pluralis nu-
merus pro singulari. Et hoc satis aperte in-
nuit translationum diuersitas. Nam in trans-
latione quā beatus Hieronymus iuxta he-

Exo. 3.

Decima. Fo. 68

braicam veritatem edidit: sic habetur. Ecce
enim in iniquitate cōceptus sum: & in pec-
cato peperit me mater mea. Et Pagninus
lucē, eandem sententiam reddit: q̄ ita ver-
tit. Ecce cum iniquitate genitus sum: & cū
peccato calefacta est de me mater mea. Ex
qua translationū varietate, facile persuade-
ri potest: numerū pluralem fuisse in locum
angularis substitutum. Potest etiam aliter
hic locus intelligi: vt iniquitates illum dixit
se sic accipiamus, nō multo ita sint originalia
peccata, sed quia multa sunt incōmoda ex
illo peccato peedētia. Nā pœna originalis
peccati aut illius effectus, aliquando in scri-
ptura sacra vocat peccatū. Sic. n. capit Pau-
lus p̄t̄m: cum ait. Si aut quod nolo malum
hoc facio: iam non ego operor illud, sed q̄
habitatio in me peccatum. Concupiscentiam
carnis, & fomitem ad malum impellentem
appellauit Paulus p̄t̄m: quia a peccato cau-
sa tam: eo loquendi tropo vtēs, quo scripturā
alicuius vocamus manum illius: quia videlicet
manu illius scripta fuit: & bonā scripturam,
dicimus bonam manum. Hoc etiam lo-
quendi tropo forte vsus est propheta cum
dixit. In peccatis concepit me mater mea:
quia multæ fuerunt pœnæ, originali pec-
cato inflicte: quas omnes appellauit pecca-
ta. Inter quas prima & præcipua est illa mē-

Rom. 7.



Homilia.

brorum lex, quæ est cæterorum peccatorum
fomes: propter quod illa inter oēs vocatur
peccatum, quia illa ex omnibus maxima est
pœna quam in hac vita propter peccatum
originale sustinet. Et merito: quia enim homo,
suo opifici, dominoque suo obedire renuit
scitum est, ut carnis in obedientiam sustineat
quæ animæ suæ bene operanti obstat: &
contra illam pugnet: & illam nolentem, ad ma-
lum sollicitè & impellat. Et ob hanc causam
familie peccati fomes vocatur ab apostolo,
lex membrorum & carnis: quæ legitime factum
est: ut homini qui noluit obedire deo
suo: non seruiret caro ipsius. Nam supra ho-
minem deus est: infra hominem caro: homo
autem contempsit superiorem, & hinc est quod
ipse torquetur ab inferiore. Hæc autem pœna
adeo nobis est insita: ut simul cum nobis oriatur
neque vnquam nos deserat. Hoc est enim
illud graue iugum: quod (iuxta sapientem) est
super oēs filios Adæ, a die exitus de ventre
matris eorum vsque ad diem sepulture: quia
illud peccati incitabulum, videlicet carnis
concupiscentia, nunquam nos deserit. Propter
quod ait Paulus. Non enim quod volo bonum
hoc ago: sed quod odi malum, hoc facio. Quod
non sic accipiendum est: quasi apostolus vellet
esse castus, & esset libidinosus: aut vellet
esse sobrius, essetque ebrius: aut esset elatus,

Ecc. 40.

Ro. 7.

Decima.

Fo. 69.

eum optaret esse humilis: sed dictum illius
de sola carnis concupiscentia intelligendum
est: iuxta hunc sensum. Non enim quod volo
bonum, id est, non concupiscere, illud facio:
quia ex carne concupisco. Quia & si concu-
piscentiæ non consentio, & post concupiscen-
tias meas non eo: tamē adhuc concupisco.
Quamdiu enim caro mortalis est: non potest
a concupiscentiis penitus esse libera. Ex
hac carnis concupiscentia, multa nobis in-
commoda subsequuntur. Et (ut alia omittam) pri-
mum est, facilitas quædam ad malum & pe-
nitentia. Alterum est, Ad bonum exequendum
difficultas. Aliud huic proximum est, inco-
stantia quædam qua in bono semel capto
diu persistere nequit. De primo dicitur, quod
sensus & cogitatio humani cordis, in malum
prona sunt ab adolescentia sua. Et ex hac
prone in malum, ortum est, ut (iuxta di-
uinum saltem) omnes declinauerint simul
inutiles facti sint. Gen. 8.

Facilis descensus auerni. ps. 15.
Noctes atque dies patet atri ianua ditis:
Sed reuocare gradum, superasque euadere ad
auras: Hoc opus, hic labor est: pauci
quos æquus amauit
Iupiter, aut ardens exiit ad æthera virtus,
Dijs geniti potuere.
Si cymba in aquis fluctibus reponatur, nec sit



Homilia,

qui obstat fluitib⁹, statim ad motū suū eū
aq̄ deorsum ibit: q̄ si contra aquæ fluxū eā
ducere q̄s velit: remis eū inflatere, oēmq; ad
hibere conatū oportet. Anima nra in carne
posita, est tanq̄ nauicula in aqua: Mor⁹ car
nis in malum est: q̄a in lege phibita mouet.
Si aīa negligēs est, securaq; uiuit: statim se
quit carnīs cōcupiscētiās. malās q; ei⁹ incli
nationes. Nunc in glunē sectat. Nunc libi
dini indulget: Alias auariciā deseruit. iterū
ambitione rapitur: alq̄ n̄ iracundia feruet.
multoties inuidia vrit: sēpissime acidia tor
pet. At si contra huius carnis fluxū, animā
sursum ducere oportet, necesse est omnem
adhibere virtutē: omnes huic rei impēdere
conat⁹. Præsertim, si aqua magno cū impetu
fluit: hoc est, si carnis tētationes vehemē
ter sollicitent & vrgeant, ne dicā impellant.
Tunc, n. magna virtute est op⁹: tunc necesse
est ieiunijs, flagellis, vigilijs, ceterisq; id ge
nus laborib⁹, carnē reprimere: vt ad nutum
animæ moueatur, illiq; per omnia obediat.
Sed quia caro semp suos habet mor⁹ quos
nunquam deserit: necesse est, vt anima sem
per clauum teneat, semperq; remis insistat
quoniā si semel vel quamlibet paruo tēpor
re intētionē remittēs se curam vitam duxe
rit: statim impetu carnis ducetur ad mortē.
Sic enim Dauidi regi contigit, Nam cū hic

Decima. Fo. 70.

in bello contra Philisteos pugnat: cum Sau
lis persecutiones patitur: & in hīs mille la
bores sustinet: mirum quātis virtutib⁹ pol
let: ad quantum culmen virtutis peruenit.
Tunc humilis, māsuētus, benignus, cast⁹.
Cū vero domi mansit, ocio indulgit, securus
que vixit: remos laboris abiecit. Tunc im
petu carnalis cōcupiscētiā rapitur: & alie
næ vxoris cæco amore ductus, illi se cōmis
cet, vt autē hoc crimē melius occultare va
leret: maritū illius qui seru⁹ erat sibi, fidelis
simus interficere procurauit. Omale læta se
curitas: pessima laboris remissio, quæ tan
torū malorum est causa. Nam impetus car
nalis concupiscētiā, animā in vitia semper
trahet, nisi maxima cū sollicitudine, virtuti
illa semper intendat. Et quia hanc carnis
cōtrapugnantiam tolerat: ideo magna cū
difficultate operatur bonum: quoniā, for
tius quodlibet agens operat⁹, & citius: cum
absq; vlla cōtradictione agit. Tardius autē
& difficilius, si cōtradictionem & repugnan
tiā in operatione sua experitur. Ipsa siquidē
dem contradictio vires operantis minuit:
quoniā omne agēs (vt est apud Aristote
lē) etiā cum agit patitur. Et hinc est illa ani
mæ infirmitas, vt vires suas ad bene operā
dum habeat diminutas, quoniā carnem
tolerat in omni bono sibi contradicentem.



Homia.

Et ob hanc causam peccatum quod ex carnis instigatione oritur, vocatur a theologis peccatum ex infirmitate, quia a carne quae infirma est, ortum habet, & anima ab illa infirmitatem suam trahit. Et quoniam ex infirmitate peccat: ideo maiori dignum est venia. Nam cum peccatum omne: adeo ex arbitrii libertate pendeat, ut citra illam, peccatum non censeatur fieri: necesse est, ut quo magis opus alii quod libertate caret, eo minus peccator dici mereatur. Et inde euenit: ut quod ab ignorantia ortum est, peccatum non sit dicendum: eo quod liberum non fuit, cum voluntas non appetat, nisi quod illi obtinet intellectus. Quod autem ex infirmitate aut fragilitate carnis puenit non habet plenam arbitrii libertatem: eo quod ipsa carnis concupiscentia quodammodo minuit iudicium, & vim intellectum habet. Sicut enim ait sapiens, Inconstantia concupiscentiae transuertit sensum sine malitia. Nec solum transuertit, sed etiam euertit: nisi voluntas illi effrenatae concupiscentiae obstitat. Nam scelestissimi illi senes qui exarserunt in concupiscentiam Susannae, euertunt sensum suum: & declinauerunt oculos suos: ut non viderent caelum, neque recordarentur iudiciorum iustorum. Quod si vim intellectum minuit carnis concupiscentia, necesse est, ut illa ipsa, etiam arbitrii libertati aliquid deroget: praesertim cum arbitrii pars quaedam

Sapi. 4.

Dan. 13.

Decima. Fo. 71

non parua, sit intellectus. Leuius ergo peccatur cum ex infirmitate, quam cum ex malitia peccatur, eo quod ibi minus conatur voluntas, quae velut inuita & quodammodo coacta a concupiscentia impellitur. Si peccatum est leuius, necesse est ut magis dignum sit venia: & leuiori animaduersione puniatur, quoniam iuxta mensuram delicti: est etiam plagarum modus. Propter quod Paulus exquisitissimus peccatorum reprehensor, varijs criminibus varias distribuit correctiones cum Timotheum instruens quo pacto vitia reprehendat: ait, Argue, obsecra, increpa. Argue illos quia concupiscentia deucti, vitijs ut fragiles succubuerunt. Obsecra eos qui per ignorantiam peccauerunt. Increpa eos qui sola malitia sollicitante deliquerunt. Hos enim acerba reprehensione dignos esse censet: illos vero mitius tractare iubet. Sicut etiam veritas ipsa sciendum fore: ait. Quicumque dixerit verbum contra filium hominis: remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur in hoc saeculo neque in futuro. Quae Christi verba, non sic accipienda sunt, quasi aliquod sit peccatum quod in hac vita expiari non possit: sicut impij Armeni somniant qui peccatum in spiritum sanctum tale thalae esse aestimant: ut nulla illi valeat medicina poenitentiae subuenire. Peccatum ergo in spiritu

2. thi. 4.

Mat. 12.



Homilia.

sanctum non remittendum dicit: quia & si p
pœnitentiã culpa deletat: pœnam tñ oẽm
temporalem quæ illi peccato post deletam
culpam debebat, soluetq̃ illud cõmisit: neq̃
aliquid illi de pœna remittet: eo q̃ nullã ha
beat ignorantia aut infirmitatis excusatio
nem. Sicut enim excusationẽ non habet in
culpa: ita nec remissionẽ in pœna. Qui autẽ
peccat in patrẽ & filiũ, hoc est per infirmitatẽ
aut ignorantia (sit quantũuis graue pec
catũ) excusationẽ aliquã habet, vt eius cul
pa leuior esse putet: & sic confugere licebit
ad ignorantia & humanã infirmitatẽ: vt sit
venia locus. Quo fit, vt culpa per pœniten
tiam vbiq; deleta: miti⁹ agatur cum eo qui
in patrem aut filium peccauit, quã cum eo
qui peccauit in spiritum sanctum. Cũ ergo
peccatum ex infirmitate leuius sit, & maior
ri dignum venia, ideo hanc ipsam infirmita
tem pietati iudicis nunc obiicit David: quo
illum melius & facili⁹ ad misericordiam fieri
dẽtere possit: dicens. Ecce enim in iniquitati
bus conceptus sum & in peccatis concepit
me mater mea. Ad hunc modum etiam Iob
deum orans dicebat. Memẽto queso quod
sicut lutum feceris me. Lutum fit cum aqua
terræ miscetur. Vt lutum ergo homo factus
esse dicit: propterea qd cum aia inserit cor
pori: tunc quasi aqua miscet terræ: ex qua

Iob: 10.

Decima. Fo. 72.

rerum mixtione lutum cõstat, qd est hõ.
Cum ergo ait. Memento queso q̃ sicut lu
tum feceris me: infirmitatẽ suã corã deo ma
nifestat: quo maior sit miserãdi occasio. Ac
si diceret. Memento queso quod nõ me cõ
dideris velut aquam solam: quæ pura est si
ne substantia alicuius extraneæ admixtio
ne, prout fecisti angelos, quibus nullam ter
renæ substantia melem adiunxisti: sed fecis
isti me sicut lutum, quoniã & si animam de
disti quæ pura est substantia, & spiritus qui
dam velut est angelus, huic tamen animæ
terram corporis adiunxisti, ex cuius coniu
ctione & mixtione, quandam contrahit ani
ma immunditiam: tanquam fluuius qui per
immundum alueum transit. Et ab illa terre
næ substantia mole habet anima: vt ad ter
rena appetenda deprimat. Et ob hoc min⁹
culpabilis: quia non sicut angelus qui nulla
carne impellente corruit, sed seipsum lubẽs
deiecit: & ideo indignus cui venia præstet.
Homo autem si cecidit, grauitate carnis de
orsum trahente & impellente deiect⁹ est: &
ideo indignus qui tam acriter puniatur.
Vix enim fieri potest: vt qui longa & perpe
tua consuetudine simul vitam duxerunt,
non trahat vnus ab altero aliquid de mori
bus illius. Cum ergo caro & spiritus iugi cõ
suetudine iungantur: simul comedentes,

Iob: 10.



Homilia,

bibentes, vigilantes, dormientes, fieri necesse est: vt anima aliquid (ne dicam multum) de moribus carnis accipiat, Et ideo vitium quod a carne ipsa ortu habet, facillioris est venia quam haec carnis infirmitas pietatis causam iudici praebet non paruum. Sic enim diuinus psalter in alio quodam psalmo ait. Ipse autem est misericors & propitius fiet peccatis eorum: & non dispdet eos. Et multiplicauit, vt auerteret iram suam ab eis: & non accendit omnem iram suam, & rememoratus est quia caro sunt. Sic etiam idem Iob in tribulatione positus excusans se, quod verba dolore plena protulerit: & quod indignatio sagittarum domini spiritum eius ebiberit: ait, Nec fortitudo lapidum fortitudo mea: nec caro mea aenea est. Ac si diceret. Non mihi talem tribuisti fortitudinem, qualem angelis: qui quasi lapides duri a te conditi sunt, & ita immobiles, si voluissent permanerent. Non enim doloribus franguntur, nec iucunditate & laetitia solui possunt. Non eos aduersa dei ceciderunt, nec prospera fouent. Mors filiorum contristare illos non potest: morbi affligere non possunt: rei familiaris iactura, eorum animos despondere non valet. Non ego talem fortitudinem nactus sum qualem illi: quoniam ego dolore praemor, calore soluor: frigore incuruor, quouis incommodo contristor. Non enim fortitudo lapidum fortitudo

Ps. 77.

Iob. 6.

Decima.

Fo. 75.

titudo mea: nec caro mea aenea est: & ideo nec mirum si verba dolore plena protulerim. Vt lutum enim me fecisti: non vt lapidum: neque vt aes, aut ferrum: & ideo nec mirum si tentationi succumbam. Hoc est quod nunc Dauid deo obicit: vt aliquem pietatis respectum illi ingerat: dicens. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepta mater mea. Quibus verbis primordia peccati arguere videtur: & malam peccati radicem, quae ab Eva omnium matre ortu habuit: a qua mala radice pessimi rami prodeunt. Nam post illud originale peccatum, intellectus obcaecatus est, memoria non tenet, affectus friget: concupiscibilis ab seipso non currit: irascibilis a deo timida est effecta, vt saepe trepidet timore vbi nullus est timor imaginatio fallit: ignorantia per deum quae quod ducit caro concupiscit aduersus spiritum: concupiscentia sensum transuertit: infinitis quasi repagulis mens nostra cohibetur ne ad bonum procedat: innumeris etiam calcibus vrgetur vt ad malum currat. Haec ergo Dauid coram deo paucis verbis praesentauit: vt illum ad misericordiam sederet: dicens. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Ac si diceret. Considera fragilitatem meam & exerce pietatem tuam. Nam quo magis me miserum & miserabilem conspicias, eo ma



Homilia,

gis admiam moueberis. Non enim fieri po-
test quin abyssus miseriaru mearu, inuocet
abyssum tuae miae. Non est medicus qui non
compatitur infirmo. Non est pater qui non
miseretur filio. Tu ergo benignissime medi-
ce aspice me: & miserere mei. Considera uila-
nera mea, infunde illis uinu & oleum: & ne
male consuetudinis sanies iterum denuat:
adhibe ignem charitatis, quo uicia reprimat-
tur, ut pristinae sanitati restitutus, ualea de-
inceps operari bonum: & uitam aeterna pe-
mereri. Qua nobis prestare digneris: per
spiritu sancto uiuit & regnat per infinita sae-
culorum saecula. Amen.

Homilia yndecima.

Ecce enim ueritatem dilexisti incerta & occul-
ta sapientiae tuae manifestasti mihi.



Vi prius misericordiam petierat, ut uehementius urgeat, iustitia interueniente, eam nunc
esflagitat, & deum ad misericordiam illi
prestanda quasi cogere uidet,
dicens. Ecce enim ueritate dilexisti. Quae
fari interpretari possumus: iuxta duplicem
huius uocis, ueritas, significationem. Varia
enim haec uox in scriptura sacra significare
confueuit. Nam aliquando significat conformi-
tatem illam quae est inter signa: & res per

Vndecima. Fo. 74.

illa significatas, cum uidelicet ita res habent
ut signa enunciare uidentur, Et hoc est com-
munius huius uocis significatum. Aliquan-
do etiam capitur pro iustitia. Sic enim accep-
tisse uidetur Solomon cum dixit. Misericordia & ueritas custodiunt regem. In eadem
etiam significatione accepit eam. Dauid, cum
in alio quodam psalmo ait. Misericordia & ueritas
obuiauerunt sibi. De hac ergo dupli-
plici ueritate haec uerba intelligi possunt.
Nam iuxta unam significationem, tale pos-
sunt habere sensum: ut dicat. Si ueritatem
hoc est, iustitiam diligis: & me ipsum diliges:
quia ea quae a peccatore ut ad pristinam ius-
titiam redeat, exiguntur: praestiti. Iustus enim
in principio accusat: & est sui. Ego
autem me ipsum coram tuo propheta de
peccato accusaui: peccatum meum agnouit
ante oculos meos illud statui: puniui. Tu
ergo parce qui ueritatem diligis. Iuxta aliam
vero significationem, possunt illa uerba sic
interpretari, ut Dauid dicat. Ideo ego re-
prehendo & castigo peccatum meum: quia
tu uerax es, & mentiri nequis, sed ueritatem
diligis. Primum ergo sensum nunc discuta-
tiamus, mox alterum. Ut ergo primus sensus
sit apertior, admonere primum oportet,
quod hac sola ratione peccator punit delictum
suum in se: quia credit deum iustum.

Pro. 20.
Ps. 84.

Pre. 18.



Homilia, V

Tob. 9.

qui nullum peccatum impunitū abire per-
mittit. Quapropter necessariū esse iudicat,
vt homo illud in se puniat, aut deus. Ne igitur
deus puniat: peccator prius in se punit
q̄si si homo non punit, punit deus. Propter
quod Iob merito ait. Verebar oīa opa mea
sciens q̄ non parceres delinquenti. Quae
verba neminem non terrebunt, & in magnū
stuporem vertent. Nam valde alienum esse
videtur a diuina maiestate id quod ait, deum non
parcere delinquenti. Nonne deliquit Petrus
cum se Christum nosse negauit? Paulus cū
nomen Iesu suppressere conabatur? Mattheus
cum sedebat ad teloneū? Magdalena quae
erat in ciuitate peccatrix? Latro qui aliena
diripuerat? Nonne omnes isti deliquerunt,
& tandem omnibus illis deus pepercit? Cur
ergo Iob ait: sciens q̄ non parceres delin-
quenti? Ideo certe deus dicitur non parce-
re delinquenti: quia delictum nunquā sine
ultione deserit. Aut enim ipse homo poenitens
in se punit: aut deus vindicans, castigat.
Et hoc modo fit, vt delinquenti deus nō par-
cat: qui nunquam illum sine ultione abire per-
mittit. Si ergo ita fore est necessarium, elige
quod vis: aut tu ipse punit, aut deus punit.
Sed cum alterum horum elegeris, non te pre-
tereas quod ait Paulus. Horrendum est in-
cidere in manus dei vincētis. Vt ergo in ma-

Heb. 10.

Vndecima. Fo. 75.

nus dei incidas, deduc tu prius crimen tuū
ad manus tuas, punit tu illud, ne deus puniat.
Nam si tu vel mediocriter punieris, deus nō
punit. Vnde Paulus ait. Si nosmetipsos iudicemus
dicaremus a dño non iudicemur. Quibus
verbis, satis expresse innuit Paulus causam
quare iudicamur a dño: quia videlicet nos
ipso non iudicamus: nos ipsos nō punimus,
sed potius blandimur peccatis nostris, fo-
uemusq; illa. Cum ergo in ultum non debe-
at esse peccatum tuum: puniatur a te, ne pu-
naris a deo propter illud. Ne ad tribunal dei
discutiendum tuum peccatum perueniat,
deduc tu illud ante tribunal mentis tuae: &
ibidem discute sceleris tui qualitates: pensa
grauitates: constitue te ipsum reum ante te
ipsum: peccatum tuum iudicem te habeat:
non patronum. Discussa iam & anxie exami-
nata tui criminis qualitate: dignas pro illo
poenas tibi ipsi infligere nō reformides. Pu-
ni cor tuum tristitia: & poenitudine: corpus
tuum dolore & lachrymis, alijsq; id genus
afflictionibus. Et hoc pacto cum dominus
ad iudicium venerit, de crimine illo nullum
faciet ad punitionem examen: nullam tunc
pro crimine illo infliget poenam: quoniam iam
transit in rem iudicatam. Non est autem æquū
aut rationi consentaneum, vt quis iudicet
bis in id ipsum, Nihil ergo aliud agit quē ve-

I. co. II.

or. 29

1001



Homilia.

raciter pœnitet, nisi vt id quod malum fecerit impunitū esse non sinat. eo quippe modo sibi non parcenti, ille parcat cuius iustitiam tremēdumq; iudiciū null⁹ peccator pœnitentiā cōtemnēs, euadit. Et hæc est causa propter quā Dauid tā celerime ad pœnitentiā cucurrit tā sollicitus in sui peccati punitione fuit: quia videlicet sciebat deū diligere veritatem, hoc est, iustitiā. Sciebat deū esse rectissimū iudicē, qui neminē delinquētem nō punit: qui nec precib⁹ flecti potest, nec minis deterreri nec muneribus placari: sed quando crimē aliquod ad illius tribunal ductiū dum peruenit, cum furore & indignatione arguit: & punit. Nā de peccatoribus idem Dauid loquēs ait. Dominus in ira sua conturbauit eos & deuorauit eos ignis. Timēs ergo Dauid ne a deo tā seuerē iudicare fūret, ipse prius in se suum crimen punire decreuit: quoniā scit deum veritatē, hoc est, iustitiā sic diligere, vt nunquā illā deserere possit. Sed vnde hoc nosti Dauid, q̄ te puniēte deus nō punit: & te non puniēte de⁹ punit. In certa (inquit deo) & occulta sapientia tuā manifestasti mihi. Filius dei, sapientia est patris, de quo Paulus ait. Prædicamus Christum, dei virtutem, & dei sapientiam. Hæc sapientia plurima habet archana & secreta, que nulli sunt nota: sed ex illis ali

ps. 20.

I. cor. 1.

Vndecima. Fo. 76.

qua reuelat aliquibus. Vnde ipsamet sapientia Christi apud Matthæum ait. Cōfiteor tibi pater cœli & terræ quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus & reuelasti ea paruulis. Plurima erāt abscondita philosophis: multa iudeis in lege veteri: quæ nunc reuelata sunt in lege euāgelica. Iudæi siquidem Moysen tanquā paruulū in fiscella seipsum concluserunt: dū cœlestes & spirituales illi⁹ sensus ad literē infirmitatē pueriliter redierunt. Sed hūc, Pharaonis filia e fiscella exclusit, & regio honore sublimauit: quia ecclesia ex gentibus sumpta, Moyse legē honorat, multos illi sensus spirituales tribuens: quā iudæi iuxta solū literæ corticē intelligendā crediderunt. Et hoc est quod Esaias propheta futurū prædixit. Deserta (inquit) in vbertatē versa, aduenæ comederūt. Nā legis Moyse & prophetarū dicta, deserta apud iudæos fuerūt: quia iuxta mysticū intellectum ea dissierendo excolere noluerunt. Nobis autē in vbertatem versa sunt: quia & iuxta historiam, legis dicta, largiēte deo, mēti nostræ spiritualiter sapiunt: & iam aduenæ comedimus: quæ ciues legis māducare noluerunt. Propter quod Paulus ait. Dū Moyses legitur, velamē positum est super cor iudæorum vsq; in hodiernum diē: quia cum audiunt legi scripturam illam, non in

Mat. II.

Exo. 2.

Esa. 5.

2. co. 3.



Homilia,

Exo. 2.

telligunt nisi quod litera foris carnaliter sonat: & ita celatur eis sensus interiorum. Vnde & Moyses cum ad eos loqueretur facie velabat: significans quia populus ille verba quidem legis cognosceret: sed eiusdem legis claritatem omnino non videret. Sed velamen hoc Christus nobis abstulit, cum nos docuit legem non carnaliter sed spiritualiter intelligendam. In cuius signum ipso moriente velum templi scissum est: ut ad interiores sensus oculus noster penetrare valeret. E multis autem mysteriis & arcanis, quae sub literae cortice latitabant & ob hoc iudaei ignorabant, vnum & non paruum, fuit remissio peccatorum. Nam haec paucis nota erat. Nisi quis siquidem hoc mysterium fuit absconditum qui ad praedicationem Ionae poenitentiam agentes dicebant, Quis scit si conuertatur & ignoscat deus? Qui autem ex iudaeis hanc remissionem peccatorum sciebant, ignorabant certe ex eis multi, per quem facta esset. David autem a spiritu sancto edocuit agnouit peccatorum remissionem, per Christum qui est dei sapientia faciendam: ita ut sic per sapientiam homines conditi fuerant, ita & per eandem redimerentur: & sic per illum fieret remissio, per quem facta fuerat creatio. Hoc ergo occultum & arcanum mysterium dicit nunc David fuisse sibi a deo reue-

Iona. 2.

Vndecima.

Fo. 77

latum. Incerta (inquit) & occulta sapientiae tuae manifestasti mihi. Nam hoc tibi sonat incerta. quod arcana. Propter quod beatus Hieronymus iuxta hebraicam veritatem scripsit. Absconditum & arcanum sapientiae tuae manifestasti mihi. Arcanum (inquam) hoc, quod remissio peccatorum data erat per Christum dei sapientiam. Et quia tu mihi reuelasti hoc sacrum mysterium, mihi & omnibus peccatoribus utilisimum: ideo hac ego reuelatione ad commodum meum utens, peccatum meum agnosco: & illud semper ante oculos meos statuo: ut ex illius continuo aspectu perpetuam doloris occasionem sumam: quoniam nisi id fecero, tu facies qui veritatem & iustitiam sic diligis, ut nullum peccatum inultum abire permittas. Possumus etiam aliter hunc versiculum interpretari iuxta aliam veritatis acceptionem. Quae interpretatio ut a pertior sit & literae vicinior appareat: ad monere prius oportet: omne peccatum esse velut quoddam mendacium: quoniam non peccamus nisi ea voluntate, ut bene sit nobis: & tamen hinc male est nobis. Si omne peccatum mendacium esse censetur eodem iure conuincitur: ut omnis virtus veritas esse dicatur. David ergo ideo dicit se punire peccatum suum, quia scit deum odire illud. Odit autem illud deus, quoniam veritatem, hoc



Homilia.

est, bonitatē diligit. Ecce enim (inquit illi) veritatem dilexisti. Ac si diceret. Ideo ego odio peccatū meū, quia tu diligis virtutē. Hac enim lege constringuntur amici, vt eadem ament: eadem etiā odio habeāt. Nō est enim verosimile vt amicus sis illi: qui quā tu ardētē amas, acerbē odit: quod tu odio prosequeris, ille impotenter & effrenatē diligit. Qui ergo amicus esse optat, oportet vt eadem quæ ille, amet & odiat. Cum autē diligit deus veritatem, & odio habeat mendacium: oportet vt peccator (si in amicitia dei recipi cupit) peccatum suum in se feratur quoniam omne peccatum tanquam mendacium quoddam merito æstimatur. Et ob hanc causam (vt opinor) Dauid censet omnem hominem esse mendacem: quia videlicet omnis homo est peccator. Ego dixi in excessu meo (inquit ille) omnis homo mendax. Verum hic forsam obstabit aliquis: & huic Dauidis censuræ refragari non verebitur: & dicet. Si omnis homo mendax ergo & ipse Dauid mendax. A rationi consentaneum non est, vt mendaci quis credere teatur. Dauidi ergo in hac parte credendum non est, si ille mendax est. Verū non ita res habet: quoniā hontriē hic vocauit, Dauid, non iuxta naturam, sed iuxta naturæ conditionem & qualitatem: ita vt illum solum

Ps. II5.

Vndecima. Fo. 78.

hic hominem dixerit, qui humanos sequitur affectus? Nā Paulus Corinthiis scribens ait. Cū enim sit inter vos zelus & cōtentio nonne carnales estis, & secundum hominē ambulatis? At cōtra de ijs qui spiritui & nō carni famulātur, dicitur. Ego dixi: distestis vos & filij excelsi omnes. Omnis ergo homo mendax: quia omnis homo peccator. Dauid autē vt ostenderet se non fuisse, cum hæc dicebat, mentitum, præmisit: dicens. Ego dixi in excessu meo vt tinnueret se, cū hæc dicebat, hominum statum excessisse: & non secundum hominem ambulasse: vt non hominis lege iudicaretur, ne mendax sicut ceteri diceretur. Quod si homo esset, oportebat vt mendax etiam esset: quoniā omnis homo peccator mendax. Vt autem ostenderet se ab hac mendacij nota liberū: dixit. Ego dixi in excessu meo, omnis homo mendax. Ac si diceret. Quauis omnis homo mendax dicatur eo iure quo homo est, & secundum hominem viuit: ego autē cum hæc dico, de mendacio notari non debeo: quia non secundum hominem hæc dico: sed in excessu meo. In quo autem mendacium hoc consistat: alibi expressit: dicens. Mendaces filij hominū in stateris. Sed qualiter in stateris? Non enim omnes homines libra vtuntur: nec omnes se in mercaturis

I. Cor. 3

Ps. 81.

Ps. 61.



27. 51 Homilia, V

exercet, neq; omnes circa negotia emptio-
nis & venditionis versantur: quo pacto ergo
verum esse poterit, mendaces esse omnes
homines in stateris? Verum certe hoc esse,
apertissime ostendemus: si non iuxta literę
corticem, sed iuxta mysticam aliquam signi-
ficationem, illud intelligere volumus. Nam
rationem per quam possumus recte de qua
libet re iudicare, stateram hic appellavit: &
merito. Quoniam per hanc omnium rerum
virtutes & merita trutinam. Hęc in quā
est illa statera quā Pythagoras philosophus
admonuit non esse transfiliendam. Nā inter
Pythagorę symbola hoc vnum annumerat
quo ait, Stateram ne transfilias. Quibus
verbis docere nos voluit, nihil esse præter ra-
tionem ius & æquitatem faciendum. State-
ram habet veracem, qui bona dicit bona: &
mala mala: & optima dicit optima. Contra
vero stateram habent mendacem, illi quibus
dicitur. Vah qui dicitis bonum malū, & ma-
lum bonum, Dnas ergo res inter se contra-
rias, ante te posuit deus in statera tuā iudi-
cij & arbitrij examinandas vitium videlicet
& virtutem: vitam & mortē. Bene ergo eas
expende: vide quid eligas: quid tibi vtilius
sit: momentaneam eligere voluptatem, per
quam mortem inuenias æternam: an exero-
ceri in virtutis laboribus, vt tandē perpetuis

Esa. 5.

Vndecima. Fo. 79

postea fruaris delitijs, Mendaces ergo filij
hominū in stateris: quia male trutinant: quā
mala pro bonis eligunt: vana veris antepo-
nunt: momentanea, perpetuis & nunquam
perituris bonis præferunt. Mendaces etiā
filij hominum in stateris dici possunt: quia
varijs stateris vtuntur. Nam vna statera, ex-
pendunt facta sua: & alia, librant aliena. Mi-
nori pondere examinant sua peccata: & ma-
iori aliena. Pondus & pondus, mēsurā & mēsurā. Pro. 20.
sura: vt trunq; abominabile apud deum. Mē-
daces ergo sunt filij hominū in stateris, quia
omnis peccator hoc habet, vt in suis peccatis
examinandis & puniendis, mitissimū sit
in alienis autem mitum quam sit eorū qui li-
bet securus. Mendaces ergo sunt in stateris
quia nec sua, nec aliena facta, æquo ponde-
re librant. Propter quod Salomon ait. Sta-
tera dolosa abominatio est apud deū & pondus
æquū volunras eius. Ac si diceret. Ho-
minū affectus & iudicia, staterę dolosa sūt.
Sola dei voluntas est æqua statera: quā oibus
sine vlla personarum acceptione iuxta eorū
merita distribuit. Satis itaq; aperte (vt
arbitror) ostendimus iam, omne peccatum
esse mendacium: quo fit vt omnis virtus, veritas
sit etiā dicenda. Dauid ergo ideo peccatum
suum se odisse asserit: quia scit deum
diligere veritatem, hoc est, virtutē. Hac em

Pro. II.



Homilia, in V

lege (vt dixim⁹) amici astringunt, vt idē odire teneant. Siquis ergo in dei amicitia in se rō optat: oportet, vt idem qđ deus diligat: & odiat. De⁹ aūr veritatē, hoc est, virtutē diligit, mendaciū vero. i. viciū odit. Idem ergo peccatōrē facere oportet: vt. i. viciū odiat: & veritatē diligat. Quisquis ergo in peccatum aliqđ lapsus es, agnosce te esse inimicū dei, qm̄ iniquos ille odisse habet: & peccata nostra diuidunt inter nos & illū. Quod si in dei amicitia recipi vis, odio te oportet peccatum tuū: & diligere veritatē. Statue peccatū tuū corā te semp: vt continuus peccati aspectus in gē odij materiā ministret: & sic te peccatum tuū odientē & deplorantē de⁹ in suam amicitiam recipiet: conferens tibi in presenti gratiam: & tandē in futuro gloriam, per merita Teſu Christi filij tui. Qui cū eodē parte & spiritu sancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

Ps. 118.

Homilia duodecima.

Asperges me domine hyſſopo & mūdabor lauabis me & super niuem dealbabor.



Inter occulta illa sapientie tue quæ te mihi reuelante cognoui, hoc vnum est: qđ si videlicet me semel hyſſopo asperſeris, mundus ero: si autem laueris, super niuem dealbabor. Lata est siquidem

Duodecima. Fo. 80.

differentia inter aspergere & lauare: nec minor certe est inter sacramenta veteris legis, id est, expiationes, et lauachra que in lege veteri fiebant, & baptismum aut penitentiam. Nam illa veluti aspergebant, ac proinde non absolute mundabant. Ex operibus legis (vt ait apostolus) non iustificabitur omnis caro: Baptismus vero & penitentia tanquam quedam lauachra anime sunt: quibus si abluatur anima, quame libet sordida, super niuem dealbabitur. De baptismo siquidem loquitur dominus per Ezechielem prophetam: cum ait. Eze. 36. fundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idolis vestris mundabo eos, Et dabo vobis corn nouum & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et per prophetam Zachariam iterum ait. Zach. 13. In die illa erit fons patens Domus dauid, & habitantibus Hierusale: in abluionem peccatoris & menstruae. Et erit in die illa, dicit dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur vltra. Hac ibi. Hoc lauachro deletur culpa: remittitur poena: minuitur fomes peccati: conceditur gratia, quæ omnia filiis Israel transeuntibus mare in figura contigetur. Nam Pharaō

Roma. 5.

Eze. 36.

Zach. 13



Homilia.

cum toto exercitu in eodem mari summersus est ita vt vnus ex illis non remanserit. Mari transcto, liberati sunt a seruitute luti, & lateris, quam in ægypto patiebantur. Hi qui in ægypto repugnare ægyptijs non poterant, transcto mari, contra reges incircumcisos fortissime dimicant. Post transitū maris, vescuntur cœlesti manna, cibo dulcissimo, qui in ægypto porris & cepis vescuntur. Transitum maris fuisse baptismi figurā testatur Paulus qui in priore epistola ad Corinthios, hæc ait. Patres oēs sub nube fuerunt: & oēs mare transierunt: & oēs in Moyse baptizati sūt & in mare. In hoc mari Pharaon cum toto exercitu summersus est: quia in baptismo potentia diaboli summergitur omnia Peccata delentur: ita vt vnum non remaneat ex eis. Nullum est enim peccatū quod non deleatur baptismo. In parvulis enim deletur originale, in adultis vero non solum hoc: sed etiam actualia: siquæ in sunt. Transcto mari, liberati sunt filij Israel a penis luti & lateris: quibus a Pharoone addicti erant: & recepto baptismete omnis poena ad quam propter peccatum obligatus fuerat peccator tollitur. Ita vt deleta culpa nulla supersit propter illam toleranda poena. Quo fit: vt si aliquis quamlibet sceleratus, baptismo (vt dicit) ablutus, continuo post susceptum

Duodecima.

Fo. 81.

susceptum baptismum ex hac vita migrare contingeret: euolaret ad cœlum, nullā propter commissa scelera passurus poenam: quā omnia iam in baptismo purgata sūt. Omnia enim illa prima iam abierūt. Filij israel post quā mare transierunt, audaciores & robustiores, & fortiores effecti sunt. Qui enim in ægypto non audebāt nec valebant ægyptijs resistere, postquā mare transierunt, fortissime cōtra barbaras nationes dimicant. Magna est imbecillitas quā anima non baptizata in ægypto peccati originalis existeret: quā tyrannide fomitis sic premis, vt vix alicui demonis tentationi resistere valeat: adeo (vt iuxta Paulū) nō quod vult bonum hoc agat: sed quod non vult malum. Sed baptismo suscepto, anima vires sumit: tyrannidē excutit, quā & si in mortali nostro corpore peccatū habet, nō tñ regnat. Audacior in pugna exit, Fortius in bello agit, Barbaras nationes, hoc est barbaros motus in carne & ex carne surgentes reprimat, deuincit suæq; ditioni subiicit. Sed quā vires defunt, si corpus caret cibo quo alatur, vegetet: & roboret, hinc est quod filiis israel post transitū maris datur cibus cœlestis: videlicet manna dulcissimum quo vescerent. Sic etiā baptismum suscipienti, datur cibus quo anima illius alatur, & nutriatur, & ad pugnam roboretur.

Rom, 7.



Homilia.

videlicet gratia, quæ sic est dulcissimus alicuius
cibus: vt omnem virtutis saporem in se con-
tineat: prout faciebat manna. Hoc enim cuius
vnicus esset cibus: cuiuslibet tamẽ cibi iux-
ta comedentis appetitum reddebat sapore.
At gratia quamuis vnica sit mentis habi-
tus & vnica virtus, tamen omnium cœtera-
rum virtutum saporem retinet: quoniã ad
cuiusq; virtutis actum cum res exigit, men-
tẽ sollicitat & impellit. Nam gratiam nos ce-
semus (& non immerito) idem esse: q; chari-
tas. De charitate vero, cum vnica sit virtus,
Paulus tamen ait eam esse patientem, beni-
gnam, humilem, non sibi soli prospiciẽtem.
Nõ q; sit patientia ipsa, aut benignitas, aut
humilitas, cum nihil horum sit: sed quia ad
eosdem actus ad quos istarum quælibet me-
tem impellit, & eosdem (vt ita dicam) sapor-
es sicut illarum quælibet reddit. Ecce ergo
mirabiles huius lauachri virtutes, qd̄ cul-
pam delet: pœnam remittit fomitis tyranni-
dem minuit, & mitiorem reddit, gratiam ad
bene operandum, & vitam promerendum
æternam confert. Ideo bene Paulus voca-
uit baptismum lauachrum regenerationis,
& tenouationis: quoniam baptizat, vt ex
vaticinio Ezechielis supra patuit, recipit
cornu & spiritum nouum. Hoc lauachro
lauari se petit propheta regius: cum ait. *As-*

I. co. 13.

Tit. 3.

Duodecima. Fo. 82.

perges me dñe hyssopo & mundabor: lauabis
me & super niuem dealabor. Hyssopo
mundari secundum legem postulat: lauari p-
baptismum concupiscit: quo lauachro si lo-
tus fuerit: super niuem censet se fore dealbã-
dũ. Quibus verbis, & veteris legis cæremo-
nias laudat: & nouæ legis sacramenta præ-
ferr. Quoniã omnes veteris legis cæremo-
niæ quamuis carnem mundabant: nõ tamẽ
ad animã earũ virtus pertingebat. Qui vero
baptismate lotus fuerit, supra niuem deal-
batur anima eius: peccato iam per baptis-
mum dimisso. Sed postquam hoc baptismi
anima lota est, eã iterum foedari contingit
fordibus diuersorum peccatorum: & hoc la-
uachrum iterum sumi ad remedium nõ pot-
est. Quoniam hic baptismus quasi quædam xpi
mortis figura est: vt ait Paulus, sic ad Ro-
manos loquens. An ignoramus fratres quia
quicumq; baptizati sumus in Christo Iesu,
in morte ipsius baptizati sumus? Consepul-
ti enim sumus cum illo per baptismũ in mor-
tem: vt quomodo Christus surrexit a mor-
tuis per gloriam patris, ita & nos in nouita-
te vitæ ambulem? Ex quibus & alijs multis
quæ eodẽ loco Paulus disserit, constat bap-
tismũ esse velut quandam mortis & resurre-
ctionis Christi figuram: Itavt quemadmo-
dum in morte Christi pctũ omnium nostrũ

Rom, 6.



118.01 **Homilia,**

mortuum est, ita cū quis aqua mergit, p̄c̄m̄
eius tūc perit. Et cū aqua emergimur resur-
rectionē Christi figuram? vt quomodo ipse
resurrexit, clarior & pulchrior quam fuerat
prius nō habens decorē: sic aīa post baptis-
mū reddatur pulchra, q̄ prius fuerat turpis
atq; deformis. Cū ergo Christus semel tm̄
pro peccatis nostris mortu⁹ sit, & semel tm̄
propter nostrā iustificationē etiam surrexit
oportet, vt nos semel tm̄ pro peccatis n̄is
baptizemur. Qui aut̄ secus fecerit, iterato
baptizās: hic rursus sibi metipsi (vt ait apo-
stolus) Christū crucifigit. Cū ergo post sus-
ceptum baptismū qui sordibus peccatorum
intinctus fuerit, nō possit iterum baptismo
lauari, vt mundetur: deus pietissim⁹ aliud
nobis reliquit lauachrū, videlicet p̄nitentia-
m: qua qui lotus fuerit etiā super niuem
dealbat. Vnde postq̄ dñs per Esaiā p̄phetā
veteris legis c̄remonias tanq̄ inutiles reie-
cit in earum locū p̄nitentiā substituēs ait.
Lauamini mundi estote: auferte malū cogi-
tationū vestrarū ab oculis meis. Qui scite
agere, peruerse, discite benefacere. Deinde
virtutē p̄nitentiæ ostendēs ait. Si fuerint
peccata vestra vt coccinū, quasi nix dealba-
bunt. Et si fuerint rubra velut vermiculus,
quasi lana alba erunt. In coccino igneus co-
lorest, in vermiculo sanguineus. Peccata

Heb. 6.

Esa. I.

Duodecima. Fo. 83.

ergo carnis velut coccinū sunt, qm̄ carnis
libido (teste Iob) igitur est vsq; ad perditio-
nem deuorans & omnia virtutū genimina
eradicans. Peccatum vero homicidij aut cu-
iuscunq; alterius crudelitatis, sunt tanquā
vermiculus. Quālibet ergo grauiā peccata
per p̄nitentiā delentur. Nā cū Petrus infi-
nuasset acerbam eorum crudelitātē ijs qui
Christū crucifixerunt: dixerunt illi Petro.
Quid ergo faciemus? Quibus Petrus ait. **A. 2.**
P̄nitentiā agite & baptizamini vnusquisq;
vestrū in remissionē peccatorum. Ac si dice-
ret. Lauamini & mundi estote, quoniam si
fuerint peccata vestra velut coccinū quasi
nix dealbabunt. Quasi nix in quā, & multo
ipsa niue albiore reddent. Nā de qbūdā
iustis vnus propheta dixit. Candidiores ni-
ue. Vides quanra sit pulchritudo anime exi-
stentis in gratia, q̄ deus amore formæ illius
captus, eam in sponsam assumit. Quapro-
pter ego existimo hāc fuisse potissimā pec-
cati angelici causam & originē, q̄ i seipsum
vertit oculos, & suam illā illustrem pulchri-
tudinē in qua eum deus condiderat vndiq;
circumspiciens, illā ardentissime amauit: &
in amore sui (velut alter Narcissus) deperijt
Multo ergo niue candidior est aīa deo gra-
ta. Cui ergo cōparabo te, aut cui assimilabo
te filia syon? Certe qm̄ nihil erat incorpora-
L iij

Tob. 21.

A. 2.

Thr. 4.



Homilia.

libus niue candidius, ideo niui eam assimila-
lauit Esaias dicens. Si fuerint peccata tua
vt coccinum, quasi nix dealbabitur. Nix
assimilās ipsam gratiam: qua anima per pe-
nitētiā dealbatur. Hæc est illa spiritualis
nix, de qua Matthæus ait: q̄ Christi seruitu-
toris nostri vestimenta in sua trāffiguratione
refuerint alba sicut nix, eo quod caro eius
quæ vestimentum est diuinitatis fuerit im-
munis a peccato & totius gratiæ decore in-
signita. Dauid ergo huius lauachri virtutē
agnoscens eo se lauari petit: dicens. Asper-
ges me domine hyssopo & mundabor: lau-
abis me & super niuem dealuabor. Sed rem
istam altius ad huc repetam. Nam est aliud
multo illustrius lauachrum: quod cæteris
abluendi virtutem præstat: & sine cuius ad-
mixtione & tēperamēto, nulla est cuiusuis
alteri lauachri virtus: nēpe sanguis Chris-
ti. Hic enim nras aīas ornat. Hic nras men-
tes niue cādidiōres efficit & auro splēdidio-
res. Aspergi ergo se hyssopo petit vt munde-
tur: ad leprosi legitimā mūdationē alludēs, q̄
asperzione facta per hyssopū, sanguine pas-
seris mortui tinctum, fiebat. Nam leprosus
qui mundari aut purificari volebat, duos
passeres iubebatur offerre, & lignum cedri-
num, & vermiculum, & hyssopum. Ex quibus
passeribus, vnus immolabatur in vase

Mat. 17.

Leu. 14.

Duodecima. Fo. 48.

ficili super aquas viuentes, alius autem vi-
uus cum ligno cedrino & cocco & hyssopo
tingebat in sanguine passeris immolati, &
hoc aspergebatur septies leprosus, vt iure
purgaretur. Leprosus figurā esse hominis
peccatoris (vt sermonis prolixitate euitē)
nolo nunc ostendere: præsertim cum illud
omnibus (vt arbitror) sit iam apertissimum.
Ad ipsius ergo leprosi purificationem iter-
pretandā transeamus. Vnus passerū quos
leprosus iubetur offerre: Christus saluator
noster est: qui per prophetam ait. Vigilauit
& factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Solitarius (inquam) quia torcular calcavit
solus: qui & sustinens qui simul cum eo con-
tristaretur nō inuenit. Hic est ille passer qui
inuenit sibi domum: quoniam Christus qui
in hoc mundo non habuerat vbi caput re-
clinaret: ascendens in cœlum inuenit ibi do-
mum, in qua deinceps firma statione ma-
neret. Huic passeri alius iungitur, cum ho-
mo aliquis Christo se associat, vt illius vi-
tam imitetur. Nam humilitas siue pauper-
tas sanctorum, per passerem designatur in
psalmo, in quo de cedris id est potestatibus
sæculi quas deus in ecclesia plātauit Dauid
loquēs ait. Illic passerēs nidificabunt quia
scilicet pauperes Christi a diuitibus huius
mundi necessaria vitæ percipiūt. Hyssopus

ps. 101.

Exa. 63.

ps. 68.

ps. 83.

Luc. 9.

ps. 103.



Homilia,

A&. 15.

cum sit herba quæ pulmonis inflationi (ut medici asserunt) medetur, fidem significat, quæ (iuxta Petri testimoniū) purificat corda hominum. Cedrus quæ ad alta se tollit, spem designat: quæ non terrena & transitoria, sed cœlestia & ppetua nobis reponitur. Vermiculus deniq; qui instar ignis flamme mescit, charitatē denotat: quæ iustos in dei amore facit ardentis. Ex his duobus passeribus: vnum offert leprosus: cum peccator credit Christum redemptorem nostrū pro nobis in cruce immolatū. Is enim vere immolat Christum: qui illū pro nobis immolatū esse firmiter credit. Sed quod passer iste in vase fictili immolari præcipitur, hoc significat: qd Christum in solo corpore (qd ppter fragilitatem vas fictile merito dici pot) immolatum fuisse credendum est. Quod autē super aquas viuentes passer immolari præcipitur, huc tendit: vt iuxta scripturarū auctoritatem Christ⁹ passus esse credatur. Nā aquæ viuentes sacræ sunt scripturæ: quā (vt Ioan. 24. Christus ait) verba quæ ego loquor vobis: spiritus & vita sunt. Super aquas ergo viuentes passio Christi cōsummata est: quā prædicationi prophetiæ, rerū exhibitio supadepita est: hoc effectus ostendit, qd sermo prædixit. Et ita factum esse, idem Christus ex mortuis resurgens cōprobauit: cū discipulis

Duodecima. Fo. 85.

Luc. 24.

Ioan. 24. Ioseutes in Emaus alloquens & aperiens illis sensum vt intelligerēt scripturas, dixit. Sic scriptum est & sic oportebat pati Christū, & tertia die resurgere a mortuis. Passer itaq; Christus super aquas viuentes immolatus est: quia iuxta id quod de eo lex & propheta prædixerant, Christus saluator nostrer in ara crucis pro nobis oblatus est. In huius passeris immolati sanguine: viuis passus tingitur: quia per Christi mortē vnus cuiusq; fidelis anima ad vitam resurgit: & eo moriente, spes nobis redditur æternæ vitæ. Nec solus passer tingi iubetur, sed cum hyssopo & ligno cedrino & cocco: ita vt eorum quodlibet etiam sanguine passeris immolati tingat. Tingitur hyssopus: cū fides nostra ex mysterijs dominicæ passionis informatur. Tingitur lignū cedrinū, cum omnis spes nostra in redemptoris nostri sanguine radicat. Tingitur coccus, cum ex recordatione acerbissimæ illius passionis, illum totis visceribus ardentissime amamus. In sanguine ergo passeris immolati simul cū vno passere: hyssopus, lignum cedrinum, & coccus tingitur cum de morte redemptoris fides nostra firmatur: spes per illam roboratur, charitas ardentior efficitur. Hoc sanguine septies aspergi iubet qui immundus est, vt sic iure purificetur. Septenarius numerus, septiformem



Homilia,

Ioan. 20
spiritus sancti gratiam significat. Septies aspergi iubetur: vt remissio peccatorum spiritui sancto consecrata esse credatur. In cuius signum postquam dominus discipulis suis dixerat, accipite spiritum sanctum: continentur subiecit. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Quo verborum ordine, innuit apostolus non potuisse hanc potestatem remittendi peccata habere, nisi prius virtutem spiritus sancti accepissent. Homo igitur qui immundus fuerit, sanguine passeris immolati septies aspergitur: quia quisquis lepra spirituali fuerit infectus, sine Christi sanguine, a peccatis suis non poterit purificari. Nullus enim peccator iure purificari poterit nisi sanguine passeris huius fuerit aspersus.
Ioan. I.
Ro. 5.
Act. 4.
Hic est enim agnus dei qui solus tollit peccata mundi. Hic est, quem (vt ait Paulus) posuit deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius. Nec est aliud nomen sub caelo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Sanguine ergo passeris mortui aspergitur leprosus, vt iure munderetur: quia sanguine Christi pro nobis in cruce immolati, mundatur omnis peccator. O sanctitas O potentia sanguinis huius, O beatus sanguis cuius asperzione lepra nostra mundatur: cuius precio qui captiuus tenebatur, liber dimittitur: cuius denique tactu mortui

Tertia decima. Fo. 86.

resuscitatur. Dauid ergo qui se peccati lepra infectum agnoscebat, vt iure purificetur: hyssopo hoc sanguine tincto, se aspergi petit, dicens. Asperges me domine hyssopo & mundabor. Lauabis me & super niuem de albor. Asperges me hyssopo profundissime humilitatis filij tui: vt deinceps non intumescam superbia. Laua me sanguine Iesu christi filij tui, in quo omnium peccatorum maculas scio facillime posse mundari. Omnes enim sancti lauerunt stolas suas in sanguine agni. Quod autem hoc sanguine tinctum fuerit super niuem de albor. Laua ergo me hoc sanguine vt sic mundus & super niuem de albor possim intra castra tua, & intra muros ciuitatis tue Hierusalem recipi: pro merita Iesu christi filij tui. Qui tecum & cum spiritu sancto viuunt & regnant in saecula saeculorum Amen.

Homilia tertiadecima.

Auditui meo dabis gaudium & letitiam.



Vnt qui putent Dauid in hoc versu id agere, vt velit, deum iterare promissiones quas antea fecerat, cum per Nathanael prophetam sic olim locutus fuerat. Suscitabo seminem tuum post te, quod egredietur de ventre tuo. & firmabo regnum eius: ipse edificabit mihi domum nomini meo: & stabiliam thronum regni eius usque in sempiternum. Ego ero ei in patrem: & ipse erit mihi in filium. I. pa. 17.



Homilia,

Et paucis interiecit. Et fidelis exit domus tua & regnum tuū vsq; in æternum ante faciem meā. Quas promissiones si de⁹ iterasset ipsi David, nihil iucundius auditu nihil lætabilius suis auribus percipere poterat. Et ob hanc causam dictum censent. Auditui meo dabis gaudiū &c. Verum hæc interpretatio mihi non probatur: propterea q̄ diffidentia quandā & hæsitacionem Dauidi tribuere videt. Nā qui promissionē sibi factā iterare petit, de promittentis fide quodam modo dubitare videt: qm̄ si primo illius verbo credidisset, secundū exigere nō curaret. At David, quāuis adulteriū & homicidium cōmiserit: in religione tñ & pietate: nūquā deliquit: vt de dei veritate vel tantillum dubitaret. Esto, cum peccato seruiebat, etiam in hoc crimen fuisset lapsus: vt de: verbis fidei derogare non fuisset veritus: postquā tñ ad vocem & cōminationē prophetæ respuit, non fuit illi hoc tribuendum. Quapropter longe aliter ego sentiēs, dico: Davidē tam firmiter deo semper credidisse, & deo pos Nathan prophetæ loquenti tam humiliter obedisse: vt gaudium & lætitiā tāquā præmium fidei suæ, & obedientiæ, sibi dari postulet: dicens. Auditui meo dabis gaudiū & lætitiā, & exultabunt ossa humiliata. Multa David audierat tum exteriori tum

Terciadecima. Fo. 87.

interiori auditu: propter quæ lætundus exultat, maiorem & vberiorē sperans se adhuc in posterum habiturum lætitiā. Nam a propheta Nathan voce sensibili ad ipsum loquente, audiuit sui peccati remissionem. A dño autem reuelante, & interiori ad cor loquente: audiuit omnia quæ pro totius generis humani peccato delendo faciēda erāt quo videlicet initio & quib⁹ medijs, humani generis salutem in medio terræ deus operari decreuerat. Et quia his omnibus industriam præstitit fidem: nec deo interiori docēti resistens, nec pphetæ exteriori loquenti repugnans, ideo de sua omniumq; salute securus ac certus, exultat, sperās in suæ fidei præmium dari: adhuc in posterum gaudium & lætitiā & exultationem. Ideo ait. Auditui meo dabis gaudium & lætitiā. Auditus nomine, in sacris literis aliquando denotatur fides aliqñ obediētia. Et de vtroq; auditu possumus hæc Davidis verba interpretari. Fides denotatur per auditum, qm̄ (vt Ro. 10. ait Paulus) fides est ex auditu. Et apud Ioānem Christus ait. Qui misit me pater ipse Ioan. 5. testimonium perhibuit de me: neq; vocem eius vnquam audistis. De quo autem auditu loqueretur, exposuit subiungens. Quia quem misit ille, huic vos non creditis. Et cū Moyses mittitur a deo ad Pharaonem, ait,



Homilia.

Exo. 16. Ecce filij Israel non audiunt me, & quomodo audiet Pharaos? Cū ergo David ait. Auditui meo dabis gaudium & lætitiā: idem est, ac si diceret. Fidei quā præstiti ijs, quæ a te & ppheta tuo audiui, dabis in præmiū gaudium & lætitiā. Cum enim primū audiuia te ea quæ mihi reuelasti, statim credidi: & solo auditu lætatus sum: spero vt postea me etiā visu lætifices, eo quod dictis tuis crediderim. Sed iam videamus quæ & quælia sint illa quæ propheta audiuit, & solo auditu animam illius lætificauerunt. Certe oia quæ vsq; ad consummatam humani generis redemptionem deus ante fieri decreuerat, & nunciā completa sunt. Omnia enim hæc idē propheta, tanq̄ a deo edoctus, antequam facta fuissent: prædixit. Primū omnium qd̄ & nostræ redemptionis initiū fuit est incarnatio dei. Hanc autem David prædixit, sic inquit. Descendet sicut pluuia in vellus. Non sicut pluuia super terram: quoniam niam super hanc descendens pluuia, sonitū reddit: super lanam autem, & in vellus descendens, nullum sonitum facit. Mollities lanæ causat, vt nullus sit sonus pluuie descendens. Quia ergo venit filius dei non cum fulgure, aut tonitruo, neq; cum strepitu, neq; nuda deitate: ideo ait. Descendet sicut pluuia in vellus. Quoniam nemine sciente,

ps. 17.

Tertiadecima. Fo. 88.

sed silentio, & tacite venit: ita vt ipsum etiā demonem lateret introitus in vterum virginalem. Ostendit Christi baptismum, cum ait. Vox domini super aquas, deus maiestas insonauit. Ibi enim vox patris audita est. Apostolorum electionem prædixit his verbis. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Declarat Christi abstinentiam cum ait. Genua mea infirmata sunt a ieiunio. Expressit Christi prædicationem, dicens. Aperiam in parabolis os meum. Quod de Christo dictū esse constat: qui (vt euangelia testantur) in parabolis locutus est. Dixit iudeorum aduersus Christum pugnam: sic inquit. Cū loquebar illis impugnabant me gratis. Prodit consilia eorum mala aduersus Christum dicens. Qui inquirebāt mala mihi locuti sūt vanitates: & dolos tota die meditabantur. Magnificam illam panum distributionē, & suum ibidem ministerium explicauit: dicens. Manus eius in eophino seruerunt. Manifeste ostendit a discipulo prodendum: cū ait. Homo pacis meæ in quo speraui, q̄ edebat panes meos mecum, magnificauit sup me supplantationē. Prædixit corp⁹ Christi nobis in cibum relinquendū, sic inquit. Memoriam fecit mirabilem suorum, misericors & miserator dominus: escam dedit timentibus se. Ostendit vulnera pedum & manuum: ps. 2.

ps. 28.

ps. 44.

ps. 108.

ps. 77.

ps. 109.

ps. 37.

ps. 80.

ps. 40.

ps. 110.

ps. 2.



Homilia,

- cū ait. Foderunt man⁹ meas & pedes meos
Ibidem. Prodit iudæorum insultationes: cū illorum
nomine, hæc dixit. Sperauit in dño, eripiat
eum, saluum faciat eum qm̄ vult eum. Dicit
ps. 68. cibum & potum, his verbis. Et dederunt in
escam meā fel, & in siti meā porauerūt me
aceto. Sepulturam vero talibus annunciat
ps. 87. verbis. Posuerunt me in lacu inferiori. Nec
ps. 15. tñ resurrectionem subticuit: inquit. Non
derelinques animam meam in inferno, nec
dabis sanctum tuum videre corruptionem.
Sed & ascensionis illius non est oblitus. Sic
ps. 46. enim de illa ait. Ascendit deus in iubilo: &
dñs in voce tubæ. Thronum illius in gloria
ps. 106. sedentis, sic exprimit. Dixit dñs dño meo:
fede a dextris meis. Dona spiritus tui post
ascensionem eius in celo manifestauit, dñs
ps. 67. cens. Ascendisti in altum, cepisti captiuita
tem: accepisti dona in hominib⁹. Auentu
ps. 49. deniq; ad iudiciū expræsit, his verbis. De⁹
manifeste veniet: deus noster & non silebit
ignis in conspectu ei⁹ exardescet: in circuitu
tu eius tempestas valida. Hæc sunt q̄ Dauid
audiuit a dño, quibus auditis mirum in mo
dum lætatus est. Audiens autem non sic læ
tatus est quasi non credens: acut contigit
ijs qui fabulas audiunt. Hi enim quamuis
nullam dictis præsent fidem, audientes tñ
lætantur., Dauid autem non sic: qm̄ audies
hæc

Tertiadecima.

Fo. 89.

hæc tā alta mysteria tamq; proficua huma
no generi: cum audiret gauisus est: & audis
tis præbuit fidem, credens ea omnia sic fu
tura: quæ admodum audiuerat. Et quia sic
credidit: sperat fidei suæ dandum præmiū:
gaudium videlicet, & lætitiā, & exultatio
nē: ideo ait. Auditui meo (hoc est) fidei meæ
dabis gaudium & lætitiā, & exultabit ossa
humiliata. Præmium siquidē fidei est visio,
& inde sequit gaudiū & lætitiā. Vñ psal. ps. 44.
mus. Audi filia & vide. Ac si diceret. Crede
& videbis, qm̄ nisi credideris non videbis.
Videns aut gaudebis, & lætaberis: & audi
tuo tuo dabitur gaudium & lætitiā. Pōt etiā
hic psalmi versiculus exponi de obedientia
quemadmodū de fide: qm̄ auditus nomine
in sacris literis etiā obedientia designatur.
Hoc aut ex quarto libro regum apertissime
colligitur, vbi de obstinatione & inobedien
tia iudæorum dñs loquens, ait. Qui non au
4. re. 17.
dierunt sed indurauerunt ceruicem suam,
iuxta ceruicem patrum suorum, qui nolue
runt obedire dño deo suo. Quo loco cōstat
audire positum esse, pro obedire. Et in Esa
ia propheta dicit. Qui obturat aures suas
Esa. 33.
ne audiat sanguinem, iste in excelsis habita
bit. Quia enim nomine sanguinis (vt in ex
positiōe alteri⁹ versiculi hui⁹ psalmi postea
dicemus) peccatum significat. Ille dicit non



Homilia,

audire sanguinē, qui non obedit peccato. Ille vero obturat aures ne audiat sanguinem qui omnē peccati occasionē euitat, ne incidat in vctm. Auris enim via est per quā ingreditur sonus, vt percipiat, & occasio peccati. Porta lata est per quā p̄ctm̄ ipsum ingreditur. Et quia ad vitā æternam assequendā oportet non solum peccatū sed etiam peccati occasionem euitare: ideo ait, Qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, iste in excelsis gloriā habitabit. Ille enim vere in excelsis gloriā habitabit: qui oēs obstruxit rimulas quibus aīa possit ad peccati consensum peruenire. Contra vero de obedientia deo & precepto præstanda præcipitur in figura serui hebræo, qui septimo anno reiciebat libertatem quam illi lex concedebat: vt auris eius subula perforaretur. Seruus hebræus qui sponte seruitutis suscipit iugum, figura est cuiuslibet qui propriam renuens libertatē, alterius voluntati & potestati se subdit. Hic enim cum liber esset, sua tamen voluntate factus est seruus. Huius auris præcipitur subula perforari: vt videlicet pateat via præcepto illius cuius voluntati se vltro subiecit. Iustum est enim vt qui obedientiā promissit, promptus & paratus ad præstandum ea quæ promissit. Dicat ergo nunc propheta. Auditui meo dabis gaudiū & lætitiā, Ac si diceret

Exo. 21.

Terciadecima. Fo. 90.

Quia tuis mādatis obeatur: dabis mihi gaudiū & lætitiā. Hoc est enim obediētiæ premiū vita, s̄æterna in qua est plenū gaudiū & perfecta lætitia. Nā inueni querenti quid faceret, vt vitā mereret habere æternam, r̄ndit Christus. Si vis ad vitā ingredi, serua mandata. Dauid ergo mandata dei seruauit: qui ait, Ad omnia mandata tua dirigebar. Et iterum, Viam mandatorum tuorum cucurri: Nec illa seruauit inuitus, sed sponte: quoniam mandata dei (vt ait) dilexit. Et rursum. Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi. Quod si vnum aut alterum transgressus sum, Vriam interficiendo, & vxorem illius rapiendo: cum tamen de hoc correptus fui per os Nathan propheta, non contradixi, non murmuraui: sciens quod melior est manifesta correctio: quam amor absconditus. Et qui odit correctionem minuetur vita. Non enim sum talis vt peccatum meum defendam: & qui correctionem meam audite nollem. Nō est enim infirmitas mea talis, vt se tangi non permittat. Libenter permitto medicum meo vulnera contrectantem. Libentissime audio eum qui me corripit, sciens quod meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Cum enim me propheta tuus de peccato commissio redarguisset, non defendi peccatum meum: immo

Mat. 16.

ps. 118.

Ibi.

Pro. 27.

Ecci. 19.

Pro. 27.



Homilia,

poti⁹ agnouī. Cū me dixit filiū mortis, patiēter tuli. libēter audiui: nō min⁹ sum illi: prout faciūt multi alij: q̄ eo q̄ se iustos existimāt: ab oīb⁹ p̄bri & extolli appetunt: & iō a nemie corripī sustinēt. Et hinc euenit, vt si quis eos arguat, in illū tanq̄ in hostē se uiant. Ego aut̄ nō sic, sed patiēter reprehēsiōnē audiui, ideo audire merui, q̄ transuissēs p̄ctm̄ meū. Spero etiā q̄ vnus ero ex illis q̄ te vocantē audiēt atq̄ dicētē. Venite b̄ndicti p̄ris mei p̄cipite regnū: q̄ d̄ vobis paratū est ab origine mūdi. Tūc em̄ magnum erit gaudiū magnaq̄ lætitia. Gaudiū (i quā) plenū, q̄ nemo poterit auferre: q̄a delectationes q̄ sunt in dextera tua, vsq̄ in finem. Iustū est em̄, vt q̄ transferūt p̄ ignē amoris, & aquā lachrymarū, educant̄ postea ī locū refrigerij. Iustū est etiā, vt q̄ hic lugēt post ea cōsoler̄. Et hæc consolatio, & hoc refrigeriū, est lætitia illa & gaudiū illud q̄ d̄ tu dabis auditui meo. Ego enim plorauī, & fleuī p̄ctm̄ meū: audiui, p̄phetā tuū exprobrantē mihi: nō cōtradixi: sed poti⁹ sustinui: audiui, cognoui p̄ctm̄ meū: ideo dico. Auditui meo dabis gaudiū & lætitiā: & exultabūt ossa humiliata. Quib⁹ verbis corporis & aię gloriā expressit, qm̄ gaudiū corpori cōuenit: lætitia vero, aię. Vtrunq̄ aut̄ iudicio pacto, homini dabit̄: quāuis mō solē aię habeāt glia

Mat. 25.

p̄s. 15.

Tertiadecima.

Fo. 91.

suā. Prap̄ter qd̄ p̄ Esaiā p̄phetam de hoib⁹ beatīs dī. In terra sua duplicia possidebūt. Duplicia em̄ possidebūt: q̄a glia aię & corporis suscipient. Verū hæc in terra sua suscipiēt: nō in pegrinatione ista in qua exulāt. Hæc sunt illa duplicia vestimēta de qb⁹ dī. Pro vlti. q̄ oēs domestici sapiētiz vestiti sunt duplicib⁹. Vera dei dom⁹ cœlum est: sicut ip̄e ait Cœlū mihi sedes est. Domestici sunt oēs homines beati q̄ vestiunt̄ duplicib⁹: glia. & corporis & aię. Qd̄ senties regi⁹ Psaltes alibi dicebat. Sitiuit in te aiā mea quā multipliciter tibi caro mea. Aiā & caro deū sitiūt: q̄a vtrunq̄ quietē suā desiderat. Aiā em̄ deum videre cupit: caro vero immortalitatis glia vestiri cōcupiscit. Sed hæc nō dabit̄ carnī aī iudiciū pactū: hoc em̄ tpe (vt dī in Apocalisē p̄li) dan̄t singulę stolæ: q̄a solis aiāb⁹ eterne beatitudinis glia cōferit & expectāt donec compleat̄ numerus fratrū, hoc est, donec cōpleat̄ numerus electorū in æterna foelicitate locandus: quo impleto erit iudiciū & generalis resurrectio, & tunc dabunt̄ cuilibet binæ stolæ, hoc est, aię & corporis glia. Sic em̄ per Esaiam p̄phetā dī. Gaudiū & lætitia erit in ea. Hancigit̄ duplicē stolā Dauid spe Esai. 15. rans, ait. Auditui meo dabis gaudium. Sed qd̄ ait: & exultabunt ossa humiliata: de aię virtutibus intelligendū est: qm̄ virtutes sūt

Esai. 49.

Pro vlti.

Esai. 66.

p̄s. 62.

Apo. 6.

Esai. 15.



Homilia;

ps. 371.

anime robur: quæ admodum ofsa, corporis
Hæc sunt ofsa, de quibus idē psaltes alibi
ait. Omnia ofsa mea dicent, quis similis tui
domine? Hæc ofsa humiliantur in peccato
humiliantur quidē, quia in certamine contra
hostes succubuerunt: & ideo manent virib⁹
suis destitutæ. Fides mortua est: spes dimi-
nuta: castitas perijt: caritas erga proximū
evanuit. Nonne perit castitas, cum alienæ
uxori adhæsi? Nonne friguit caritas cum
virum innocētē occidere iussi? Nonne pe-
riijt gratitudo, cum Vriam seruum mihi fide-
lem, qui pro me in castris militabat, non so-
lum non donavi præmio: sed morte affecti?
Sed hæc virtutes, quæ in hac vita tam humi-
liatæ sunt vt vitijs aliquādo succubuerint,
in gloria tamen cœlesti, infractam & inui-
ctam suscipient de manu domini fortitudi-
nem: quoniam tunc nulla erit vitiorum pug-
nantium in festatio. Siquidem factus est in
pace locus ille: in quo contracta est omnium
vitiōrum potentia: vt iam non sit illis ars
cus occultæ tentationis: vel gladius publi-
cæ: qua duplici armatura aduersus nos pug-
nare cōsueuerant. Et quia in tāta pace vitio-
tus requiescit, sine vlla belli futuri formidi-
ne: ideo mirum in modum exultant. Et hoc
est quod ait. Et exultabunt ofsa humiliata.
Et quia hæc omnia dantur (vt credit) in p̄s

ps. 75.

Tertia decima. Fo. 92.

mium auditui: ideo dicit. Auditui meo da-
bis gaudiū &c. Audite ergo & credite. Au-
dite, hoc est, obedite præceptis dñi. Au-
dite quæ vobis deus intus in corde loqui-
tur: nec contradicatis inspirationib⁹ eius.
Quod si forte ppter præterita peccata vos
propheta aliquis reprehenderit, patienter
sustinete: cognoscentes peccatum, libenter
audite: & tunc trāsferet a vobis domin⁹ pec-
catū vestrū: & postea dabit vobis gaudiū &
lætitia. Quæ nobis præstare dignetur Ies⁹
Christ⁹: qui cū patre & spiritu sancto &c.

Homilia Quarta decima.

Auerte faciem tuam a peccatis meis.

Et omnes iniquitates meas dele.



Dicitur David sibi cōsulens,
& deum reueritus quem quia
plurimū iam æstimat, summa
cum reuerentia illum tractare
cupit. Propter dei reuerentiā
petit ab eo, vt auertat ipse faciem a pecca-
tis: ne videlicet solo aspectu offendatur,
rem tam foedissimam inspiciēs. Sicut etiam
Petrus consortium suum declinare petit,
dicens. Discede a me quia homo peccator
ego sum. Qui enim aliquem nimium deli-
cate diligit, nollit illum vel minima offensa
lædere. Sicut etiam David nunc mihi fe-
cisse videtur: qui peccata sua foedissima &

Luce. 5.



Homilia.

horroris plena esse cognoscens, ne deus illorum aspectu offenderet petit, ut deus faciem suam auertat a peccatis illius. Sibi etiam ipsi consulens, hoc petit: ne videlicet propter peccata sua, dei consortio indignus habeatur. Et merito, quoniam nullus in quo fuerint peccata reperta, permittitur intrare ad gaudium & lætitiā illius ciuitatis in qua nihil inquinatum intrabit. Quapropter Dauid qui peccata sua agnoscebat, volebat ea sic esse abscondita ut nullatenus inueniri possent & videri ne forte visa, gaudij & lætitię viam precludat. Ideo ait. Auerte faciem tuam a peccatis meis. Ac si diceret. Noli peccata mea aspicere, quoniam si ea aspicere vis & me iuxta illa, iudicare contendis sordidum & abominabilem me existimabis, quo fiet ut tanquam leprosum a consortio celestium virtutum me separet: atque extra muros ciuitatis illius sanctę in qua tu cum sanctis tuis in æternum habitas me eicias. Quare oro te ut peccata mea non respicias, sed respicias ea post tergum tuum. Verum quid ait Dauid? Quis petit? Nunc quid ignorat quod oculi dei contemplant bonos & malos: nihilque esset tam absconditum atque retrorsum quod in conspectu eius non sit? Quo pacto ergo petit ut auertat faciem suam a peccatis eius? Petit inquam, ut peccatorum eius non recorderetur. Nam in ea quę bene & exacte cognoscere volumus, oculos

Quartadecima. Fo. 93.

intendimus & faciem obijcimus: ea autem quę a tergo tenemus, videre non possumus. Et inde ortus est fermo, ut quorum bene recordamur dicam in faciem semper & coram oculis habere. Quorum autem obliti sumus, ea post tergum prolecta esse dicam. Cum ergo ait. Auerte faciem tuam a peccatis meis: petit ut peccatorum illius non recorderetur. Et merito hoc petit: quoniam qui alium offendit & se offendisse cognoscit, ac poenitet: vehementer optat ut ab eo læsus offensionis proprię obliuiscatur, quoniam toties credit renouari offensam quoties illi recordatur offensus. Dauid ergo qui deum offenderat & peccatum suum cognoscebat, & illud contra se statuerebat: ut de illo poeniteret hoc unum optat, ut deus quem offenderat, peccatorum eius obliuisceretur, ne videlicet aliquid quod in posterum peccata sua deus illi exprobret nam & hoc nimis durum si contingeret, existimaret. Sed dicit forsitan aliquis quo pacto fieri potest, ut deus obliuiscatur, qui omnia cognoscit, cui nihil est præteritum sed omnia presentia: cui nihil mortuum sed omnia viuunt? Non est enim deus talis, ut obliuisci possit sicut nos, quos paruo temporis curriculo iteriecto eorum quę ante a probe cognoscebamus statim memoria subterfugit. Verum nos non dicimus deum peccatorum obliuisci: quasi iam propter obliuionem nesciat aliquem peccatorem hæc aut



Homilia,

illa peccata commississe sed quia & si hoc sciat, decreuit tamē nullā de illis vindictā sumere. Et hic loquēdi trop⁹ vltatissimus est: nō solū in sermone latino, sed etiam lingua vulgari, præsertim nostra, hoc est hispana: vt videlicet eū qui parat⁹ est iniuriā vindicare, dicarem⁹ iniurię memorē & iniurias obseruāte Rursū, eū qui iniurię parcit, dicim⁹ iniurię in memorē, & iniuriā minime obseruāte, non quasi iam nesciat se ab illo offensum: sed quia & si agnoscat non tamē huc cognitio illa tendit: vt cor ad vindictam sollicitet. Deus ergo tūc peccatorū obliuiscitur, cum illa iam non ad poenā vllam imputat. Cum ergo Dauid ait: Auerte faciē tuam a peccatis meis: hoc petit, vt deus iniquitatum eius nō recordetur: hoc est, vt nolit ea morte punire. Propter quod alia translatio ait, Auerte furorem tuum a peccatis meis. Vnde constat ibi faciē pro ira poni: nec immerito: cum ira hominis maxime mutat faciē eius. Et hinc oritur illa quæ reuera quam habebat Iacob aduersus labā dicitur.

Ecci. 13. me ex faciē agnoscat. Cor enim hominis mutat faciē eius. Et hinc oritur illa quæ reuera quam habebat Iacob aduersus labā dicitur.

Gen. 31. cens. Non enim me respicit sicut heri & nūdiustertius. Putabat quidem Iacob crimen quod corde labam conceperat, in vultu manifestari: quoniam toruum illum atque truncem aspectū quandā irati animi imaginem

Quarta decima. Fo. 94.

esse ceniebat. Quia ergo ira in faciē exprimitur: ideo faciēs ponitur pro ira, quā ipsa faciēs exprimit. Sic enim idē psaltes alibi capit dicens. Pones eos vt dibanū ignis in tempore vultus tui. Hoc est in die iudicij & iræ tuæ. Nā & hoc verba sequentia aperte ostēdunt, Domin⁹ (inquit) in ira sua cōturbauit eos & deuorauit eos ignis. Hāc faciē iræ, petit auerti a peccatis suis Dauid dicens. Auerte faciē tuam a peccatis meis. Quod idē est, ac si diceret. Noli peccata mea respicere: nō sis memor eorum amplius. Non intendas in ea faciē irę tuę. Nā si iniquitates obseruaueris domine, dñe quis sustinebit? Si enim peccata semel commissā, quālibet vera succedente poenitētia, tu ad punitionē obseruare decernis: null⁹ est qui subsistat. Nullus est qui de æternæ vitæ asecutione nō desperet: si deus peccatoribus veniam negaret. Si solum modo ostēderet seueritatem non etiā adhiberet pietatem: nemo æternæ foelicitatis gloriā expectaret: nemo iustitiam examinis poenam sustineret. Non est certe homo qui nō peccet: neq; infans cuius est vni⁹ diei vita super terram. Si ergo semper obseruares iniquitates ad poenā, nullus esset homo qui nō deliceret animū suum: cū nullus sit qui non peccet. Quia tamen apud te propitiatio est: & propter legem tuam: sus



Homilia.

tinui te dñe. Hæc est lex tua quã delinque
ribus in via dedisti: vt videlicet qui cõfess⁹
fuerit pctã sua, miam consequat. Propter
hanc legẽ sustinui te dñe, & in te vno confi
do q̄ parces peccatis meis. Nisi enim hanc
tuã miã legẽ agnouissem: iam dolore animi
defecissem. Ego aut̄ confessus sum peccatũ
meũ: quapropter spero q̄ iuxta legẽ, tuam
miam mihi præstabis. Et in hac tua miã cõ
fidens: peto: vt auertas faciẽ tuã a peccatis
meis. Dauid enim pctã sua semp corã oculis
suis habebat: vt eorũ & cõditatẽ, q̄ turpitu
dinẽ, horrorẽ & malitiã consideret, & inde
doloris occasionẽ sumeret: ideo precatur vt
deus faciẽ suã ab illis auertat. Scit enim q̄
siquis peccatorũ suorũ obliuiscitur, de⁹ pec
catorũ illius max̄ me recordat. Et quanto
magis iniquitates suas peccator cõsiderare
refugit, tanto magis eas e conspectu diuinæ
maiestatis opponit: vt eas videat & puniat.
Siquis vero peccatũ suũ agnoscit & cõfitē
deũ sillius obliuiscit. Tunc enim nostrũ pec
catum deo celamus, cũ illud sacerdoti p con
fessionẽ manifestamus. Sic enim deus per
Ezechielẽ prophetã promisit dicens. Si im
pius egerit pœnitentiã ab oib⁹ peccatis suis
quæ operatus est: & custodierit oĩa præce
pta mea & fecerit iudiciũ & iustitiam, vita
viuet: & non moriet̄. Oĩm iniquitatũ ei⁹ nõ

Quartadecima. Fo. 95.

recordabor. Non recordari se ait, pro eo qd̄
est nolle morte æterna punire. Nã hoc, ver
ba quæ sequunt̄ apertissime ostendunt: quibus
ait. Nunquid voluntatis meæ est mors
impij & non magis vt conuertat̄ & viuat.
Verũ hoc admonitione dignũ est vt quisq̄
consideret qua cõditione & quibus legib⁹
deus promittat se non recordaturum pecca
torum quæ impius operatus est. Si impius
(inquit ille) egerit pœnitentiã ab omnib⁹
peccatis suis quæ operatus est & custodie
rit omnia præcepta. In quibus verbis duo
exigere videtur de⁹. Primũ vt præteritorũ
pœniteat. Alterum, vt in posterũ omnia dei
præcepta custodiat. Ex quo loco nõ parũ
argumentum sumere possumus contra Lu
therum qui ait optimam & exactam pœni
tentiã esse nouam vitam. Si optima pœ
nitentiã est (vt luthero placet) noua vita: nul
lum erat opus post verbum de pœnitentiã
addere custodiã præceptorũ. Cum ergo
nullum dei superfluat verbum: oportebit fa
teri pœnitentiã referri ad præterita: custo
diã præceptorum ad futura. Ita vt intelli
gamus, q̄ duo hæc deus exigit a peccato
re: vt peccatorum eius non recordetur. Pri
mum est, præteritorum pœnitentiã: Alterũ
custodiã mandatorum dei. Sed vera & ex
acta pœnitentiã vtrumq̄ amplectitur: præ



Homilia,

teritum & futurum. vnde conuincitur poenitentia esse peccatorum omnium rascru, quo peccata delentur de memoria diuina. Huc pertinere videretur illud q post victoria quam Iosue de Amalechitis habuit, dominus promissit iosue dicens. Ego delebo memoriam Amalech de sub caelo. Amalech interpretatur gens bruta, & denotat peccatum: quia hoc, brutis nos similes efficit. Non enim ob aliam causam homo comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis: nisi quia non intelligens dei bonitatem & virtutem, illi praefere creaturam non erubuit. Ideo ppheta in alio psalmo peccatores admonens, ait. Nolite fieri sicut aequus & mulus quibus non est intellectus. Ille sub Amalech viuit, in cuius mortali corpore (vt ait Paulus) regnat peccatum. Cum Amalech pugnat, qui vitijs resistit. Vincit Amalech qui malae vitae praeteritae poenitet: qui omnia peccata desinet: & illa coram sacerdote confitetur. Habita victoria deus promittit se deleturum memoriam Amalech: quia habitauera poenitentia, omnium delictorum deus non recordatur. Si tu Amalech deuiceris, deus continuo memoriam eius delebit. Pugnare ergo tu aduersus Amalech: & pro victoria contendere. Sed quo milite, quo duce, quo ordine belli, hanc assequaris victoriam: audi

Exo. 17.

ps. 48.

ps. 31.

Ro. 6.

Quartadecima. Fo. 96.

Huius pugnae dux sit confessio: cui soli ois victoriae laus tribuetur: quoniam haec est que hostes quosq; fortissimos trucidat saepe: & in fugam vertit saepissime. Sub hoc duce, tres ordines in aciem constitue. In primo loco, constitues timorem poenae. In secundo, amorem dei. In tertio, dolorem culpa. Verum ne his sic in acie dispositis fugere contingat, alios tres ordines a tergo collocabis, qui prioribus faueant: illosq; ad bellum urgeant. Spes veniae a tergo fauet timori: quoniam facile desicietur timor, nisi illum subleuet spes. Amorem dei fouet, consideratio bonitatis illius. Quemadmodum enim timorem causat immensa dei potentia: sic amorem: illius pietas & misericordia. Deniq; dolorem culpa iuuat consolationis spes. Beati qui lugent Mat. 5. (inquit veritas) quoniam ipsi consolabuntur. Si hunc belli ordinem seruare volueris, facile peccata omnia vinctes. Si ergo vis, vt de peccatorum tuorum non recordetur: tu illum memineris. Si vis, vt deus auertat faciem suam a peccatis tuis: statue tu illa ante faciem tuam: & ad Davidis exemplum, poene illa contra te semp. Sed vt haec plene fiat, oportet vt peccator omnium peccatorum, quae operatus est poeniteat: quoniam si minimum eorum (modo illud lethale sit) placeat, vel etiam si displiceat, fuerit sacerdos



Homilia,

- Eze. 13.** ti celatum: hoc solum efficiet, vt de⁹ omniū aliorum recorderetur: & in ea omnia faciē iræ suæ intendat. Si impius (inquit ille) pœnitentiā egerit de omnibus peccatis suis, quæ operatus est. Vt ergo deus omnium obliuiscatur: oportet, vt tu de omnibus doleas: & omnia confitearis. Deus enim aut omnibus peccatis parcit: aut nulli. Nā de illo diuinus Pfaltes in alio psalmo ait. Qui sanat omnes infirmitates tuas, qui redimit de interitu vitam tuam. Cum deus sanat, omnē infirmitatē sanat, aut nullam: ipse met restante: q̄ ait. Totum hominem sanū feci in sabbato. Propter quod beatus Augustinus impium esse censet (& non immerito) dimidiā a deo sperare veniā. Et hoc sciens Dauid, ait, Et oēs iniquitates meas dele. Vt ergo oēs nostras infirmitates sanet, oportet illi per cōfessionem oīa peccatorum vulnera manifestare: & de omnibus dolere. Nam cum Pharaō p̄ dei virtutem periit in mare: cum exercitu suo, omnes suffocati sunt, ita vt vnus ex eis non remanserit. Sic exeuntibus a mystica ægypto (hoc est) a peccato: faciendum est, vt in contritione, quæ amara est velut mare, omnia peccata suffocentur: sic vt vnus ex illis non remaneat: de quo non vere doleant peccatores. Leprosus iuxta legē mundādus oēs tenebatur radere capillos. Sic q̄ a peccatis

Quartadecima. Fo. 97.

a peccatis mundari optat, expedit illi vt omnia peccata, immo & peccatorū cogitationes quæ verius per capillos designant, de corpore radat. Sauli aduersus Amelech pugnātū. Re. 15. præcepit deus, vt demoliret vniversa eius, & nulli parceret: sed interficeret oēs, de viro vsque ad muligrem. Et quia hoc nō fecit Saul sed potius seruauit Agag regē vitū, & greges, armenta & vestes: ideo reprobatus est. Amalech esse peccati figuram, iā supra docuimus. Peccatū aut omne, in triplici differentia consistit. Aut em̄ ab ignorantia procedit: aut ab infirmitate, aut a malitia. Vt ergo omne genus peccati, dolore & cōfessione interficiendū inueneret, præcepit interfici totum Amalech, virum, & mulierem, & puerum lactantem. Puer lactans Amalechita, peccatum ab ignorantia protueniens designat: qm̄ puer lactans nō dū intelligit quæ agit. Mulier aut Amalechitis, peccatū illud significare dignoscit, qd ab infirmitate sumpsit originē. Nā infirmitas & fragilitas, huic sexui aptissime congruit. Vir deniq; amalechita, peccatū a malitiā ortū significat. Oīa hæc delere oportet, quia oīa p̄d̄a sunt per contritionem & cōfessionem interficienda. Nec hoc fatis, sed oportet etiā demoliri, & amalech & vniversa illius: quia oīa peccata & eorū circumstantias a maximo vsq; ad

N

Homilia,

minimum oportet lachrymis & confessione expugnare: ita ut neq; vnū remāeat. Ille aut de Amalech seruat viuū, q; peccatū tenet de quo nō dolet aut sidolet nō cōfitef. Is ergo ob hanc solā causam a deo reprobaf. Verū hoc non vacat mysterio, q; solū regē seruat uerit, reliquo populo interfecto, q; & hoc solenne est, ijs qui non plene cōfitentur: vt minima quæq; peccata facile reuelent: magna aut scelera subiteant. Quia cū reliqua omnia peccata expugnauerint, cuiuspiā alteri tanquā fortiori aut potentiori succūbunt. Propter qd non victores: sed victi censendi sunt: & ideo indigni qui coronent, qm non coronabif, nisi qui legitime certat: qui nulli vitio cedit: qui nulli peccato parcit: q; quot quot inuenit hostes trucidat. Nō em victor dīcendus est, qui cum multos occiderit hostes, ab vno tandem aut altero interficif. Tu ergo si victor euadere cupis, nulli peccato pces omnium penitebis, omnia sacerdoti in aurem dices. Vt aut hoc facilius assequare fortissimos quosq; hostes prius aggredere qm his superatis, paruo cum labore & relictos quos deuinces. Maxima quæq; scelera, quorum maxime verecūdaris, ob oculos pone: aduersus hanc aciem totis viribus intende: illa primum confitefī satage: qm his semel expugnatis minimum erit negocium reliq;

Quintadecima. Fo. 98.

qua debellare. Facile reliqua omnia confitendo superabis. Sed quā nos in manu hominis est victoria belli: sed de cælo fortitudo est: oportet precari deum: vt non in hoc certamine iuuare dignetur: vt nobis memoriam foueat & augeat, quæ omnium malefactorum possit reminisci: vt nostrum intellectum illuminet qui vere de suis operibus iudicare valeat ne videlicet mala pro bonis iudicet: vt inflāmet affectum qui mala quæ fecit hostiliter odiat & nullo pacto illis faueat: vt labia nostra aperiat & linguam moueat quæ peccata oīa sua sacerdoti in aure dicat, vt vel sic omnia vitia nostra vincamus quibus deuictis possimus puenire ad coronā gloriæ cœlestis. Quā nobis prestare dignetur Iesus Christus filius dei qui cū patre & spiritu sancto viuūt & regnat, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Homilia quintadecima.

Cor mundum crea in me deus.



Vt usq; David, peccatum qd magnū & multiplex & tenaciter impsum esse cognoscebat donari sibi postulauit: nunc vero ultra progrediēs eo, quod multū de delictis & liberalitate cōfidat, gratiam a deo postulare nō dubitat. Et q; grā ipsa triplex esse sanctorum testimonio com-

Grā triplex.



Homilia.

- probat: ideo triplici illā petitione distinguit. Nā est gratia quā dā prāueniēs: q̄dam subsequens, siue cooperans: quā dā etiā p̄ficiens & cōsummationē prāstans. De priā d̄r. Cū aut̄ placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit me p̄ gratiam suam, Nisi enim ille vocaret, nos ad illū non possumus accedere. De secūda grā, videlicet subsequente & cooperante, d̄r. Plus oībus laborauī, non aut̄ ego, sed gratia dei meciū. Qua propter de iusto, qui deo fauente, in quo solo totam suam spem collocauit, bona operat̄, d̄r per Hieremiā, p̄phetā. Bñ d̄ictus vir qui cōfidit in d̄no: & erit d̄ns fiducia ei⁹. Et erit quasi lignum q̄ d̄ transplantat̄ super aquas: q̄ d̄ ad humorē mittit radices suas: & nō timebit cum venerit aestus. Certe absq; humore aqua desiccant̄ ligna. Nam & semē q̄ d̄ supra petrā iactū est, natū aruit: quia nō habebat humorē. Sic nec poterit quisquam aqua gratiæ sedusa, boni operis fructū producere. De tertiā, videlicet: cōsummationis d̄r: quia sicut deus operatur in nobis velle, ita etiā p̄ficere. Propter q̄ d̄ Hieremias de viro iusto loquens, postquā dixerat lignū ad humorē aquarū mittere radices, vt vberiorē aquarū virtutem exprimeret, addidit. Et erit foliū eius viride: & in tempore siccitatis nō erit sollicitū: nec aliqñ desinet facere
- Col. I.
Ico. 15.
Hier. 17
Mar. 15.
Philip. 2.
Hier. 17

Quintadecima. Fo. 99.

fructum. Prima gratia est, quæ peccata con-
sumit. Eadē est quæ iustificat: & ideo ait Pau-
lus. Iustificati gratis per gratiam dei. Hanc Rom. 5.
gratiam petit nunc Dauid, cum ait. Cor-
mūdū crea in me de⁹. Optabat quippe Da-
uid, vt deus qui illum creauerat, in corde il-
lius tanquā in quodā tabernaculo quiescēs
habitaret: & habitans, prout tunc visibilis
est, ab eo posset videri: sed quia cor immū-
dū, ad hęc munia exequenda, ineptum esse
censebat: ideo cor mundum optat: vt tanto
hospiti digna sit cordis sui habitatio, & tm̄
hospitē videre & alloqui valeat. Nā vt vrū
q; horū exequi possit: summe necessaria est
cordis munditia. Verū (vt ait Salomon) q; Pro. 20.
pōt dicere: mundū est cor meū, purus sum
a peccato? Agnoscebat siquidem Dauid im-
munditiā, quā ex peccato cor suum cōtra-
xerat: a qua mundari nō poierat, nisi deus
qui solus mundū ex immundo facere pōt,
illum mundare dignaret: ideo hanc ipsam
munditiā a deo sibi dari petit, dicens. Cor
mundū crea in me de⁹. Crea in quā: qm̄ in
me nulla est munditia, nulla puritas: te ergo
solum eam condere oportet. Nam hoc ipm̄
creare est, cū videlicet ex nihilo aliquid fit
Creaueris igit: si me mundū feceris: cum ni-
hil in me prācedat, nisi immūditia. Plus em̄
in me reperies q̄ d̄ obstare, quā q̄ d̄ iuuare te



Homilia.

Ps. 72. possit, vt mundū me facias. Cum enim ego pecani, ad nihilum bonitatis redact⁹ sum: quoniam & si rex sum, & propheta, & nouerim mysteria omnia & omnē scientiam: & si habuero omnem fidē, ita vt montes transferam: charitatem autē nō habens, nihil sum. **I. co. 13.** Vt ergo cor mundum facias, creare te illud oportet: totū ex nouo fingere: quoniā si aliquid veteris cordis manserit, mundum nō erit cor meū quoniā omnia quæ in illo sunt imnūda sunt. Crea ergo illud, vt tale sit p̄ gratiam, quale esse nō potest per naturam. Cor mundū crea in me deus: vt te in cordis mei tuguriolo recipere merear: & receptū videre valeam. Vtrumq; enim horū, exigit cordis munditiā. Quod enim cordis munditia ad deum videndum sit necessaria, ipsa summa veritas Christus seruator noster testatur: qui solis illis qui sunt mundo corde visionem promittit, dicens. Beati mūdo corde: quoniam ipsi deum videbunt. Beati (in quam) nō solum in cœlo, sed etiam in terra: non solum postea, sed etiam nunc in hac vā illis miseria. Nam beati etiā sunt immaculati in vīa, qui ambulant in lege domini. Omnes enim & hi & illi beati: quoniam omnes tales deum vident: quanuis multum inter vnam & alterā visionem intersit. Est enim quædam facialis visio, qua fruūtur soli bea-

Quarta decima. Fo. 100. ti in cœlo. Est altera obscura & specularis, quæ habetur per fidem, quam soli fideles tenēr: quoniam alij cæci sunt. Vtrumq; vno orationis cōtextu, exprefit Paulus, dicēs. Videmus nunc per speculum in enigmate: **I. co. 13.** tunc autem facie ad faciē. Impar certe est visio: & impar beatitudo: quoniam dissimilis valde est vtrobq; cordis munditia. Nam pro qualitate munditiæ, est etiam visionis modus. Beati. n. qui nullis peccatorum fordidibus infecti sunt: qui sunt iam plene purgati: hi deum facialiter vidēt: quem nisi corde plene mundato, videre nullatenus possent. Quo fit, vt hi qui in carne adhuc vitam agunt, quamlibet sint iusti, deum videre nequeant: quia nondū oculi eorum sunt plene mundati. Nam ecclesia illa speciosa quam Christus sibi acquisiuit (vt beatus Hieronymus super tricesimum primum capitulum Hieremiæ sentit) nunquam in hac vita erit sine macula & sine ruga: quousq; ad aliā vitam trasferatur: in qua erit plene purgata. Et ne verbis meis quisquam deroget fidē, verba eiusdem Hieronymi subiungā. Vide (inquit ille) quanta habeat loca ecclesia, & quomodo illud apostolicū, vt sit sine macula & ruga, in futuro & in cœlestibus seruetur. Audis angulos, audis scabiem, audis rugas & cineres, & regionem mortis &

E ph. 5.



Homilia.

tenebrarum: & de tua virtute & impeccātia
gloriaris. Hæc Hieronymus. Nullus ergo in
hac vita absolute mundus est, vt deū vide-
re possit: quā & si peccatū per pœnitentiā dele-
tum sit, deletō tñ peccato supersunt quædā
reliquiæ q̄ oculorū acie minuūt. Sæpissime
enim contingit vt corporeus oculus, subla-
ta iam velexuffata festuca, aliquandiu cali-
gare videat: & hoc in interiori mētis oculo
euenit: ita vt sublato peccato in multis hal-
lucinemur: ita vt hæc ipsa hallucinatio, sit q̄ si
quædā peccati præteriti reliquiæ. Nemo er-
go sentinā eiiciens, mundatū sese protinus
arbitretur: quin immo nouerit se multis pu-
rificationibus egere. Nec modo lauandum
aqua: sed etiā purgandū & examinādū igne
vt dicat. Transiuimus per ignem & aquam,
& eduxisti nos in refrigeriū. Beati ergo mū-
do corde: quā ipsi deū videbunt. Nunc qui
dē in enigmate: tunc facie ad faciē. Vtrobi-
q̄ si quidem munditia cordis exigit: quā nec
etiā bene per speculū in enigmate deū vi-
det, qui cor suum habet immundū. Vt em̄
corporeus oculus, puluere superfuso aut hu-
more aliquo defluente hebetat adeo vt uix
possit exacte rem aliquā inspicere: sic etiā
spiritualis oculus, interdum carnis libidine
aliquā auaritia, sæpissime superbia turbatur
vt vere deū agnoscere nō valeat. Qui ergo

ps. 65.

Quintadecima. Fo. 101.

bñ de deo sentire cupit & diuina penetrare
vult, opus est: vt prius cor suum purget: &
ab omni peccato mundet. Corde aut̄ plene
mundato: continuo dabit illi deus intelligē-
tia: quā vnctio spiritus docet nos de omnib⁹
Et Hieremias ait, se eruditū misso a deo ig. Thr. 1.
ne in ossibus ei⁹. Hinc est q̄ data lege: filiis
israel, operatisq̄ miraculis, quæ illi cū non
intelligerent, dixit illis Moyses. Custodite
ergo verba pacti huius & implete ea: vt in-
telligatis vniuersa q̄ facitis. Quib⁹ verbis fa-
tis aperte docuit Moyses, transgressionem
mandatorū dei potissimā esse causam q̄ nō
intelligerent nec viderent quanta fecisset il-
lis deus. Propterea Dauid, qui experientia
docente hoc agnouerat, in alio psalmo dice-
bat. Declinate a me maligni, & scrutabor
mandata dei mei. Per hoc aperte insinuans
quia mandata dei scrutari non poterat, cum
malignorum spiritu in fidas in mēte tole-
rabat. Q̄ etiā in Isaac opere sub Palestino
rum grauitate cognoscimus designari, q̄ pu-
teos quos Isaac foderat, terre congerie re-
plebant. Putei isti, sacre scripturæ aut̄ diuisi-
norū mysteriorū profunda secreta denotāt
dicente Salomone. Aqua profunda, sapien-
tia in corde viri, Puteos ergo fodere: est sa-
cra scripturæ abditos sensus & dei profun-
da mysteria penetrare. Sed hos puteos oc-

ps. 118.

Gen. 29.

Pro. 13.



Homilia.

culre replēt palestini, quia nobis profunda
mysteria scrutantib⁹: demones terrenas co-
gitationes ingerunt, & impedīūt ne diuine
sapientiaē aquam inuenire possimus. Sed
quia hos hostes nemo sua virtute superare
valet: op⁹ est vt a deo petat: quaten⁹ demo-
num infestationē a nobis auferat: ne terre-
nas cogitationes nobis ingerat: & si quid ter-
renarū affectionū a demone iactum nostro
cordi insidet, a nobis amoueat: vt corde no-
stro bene mūdato deū hic (vt decet) agnos-
cere: & agnitū reuereri valeam⁹. Et ob hāc
causam Dauid orat dicēs. Cor mūdū crea
in me deus quoniam nisi tu cor mūdum de-
deris: ego nūquam videre te potero. Q quis
quis ergo ad studium & intelligētiam alicui-
us veritatis accedit, vt illam plene intelli-
gat, prius deum oret, & cum Dauide dicat
Cor mundum crea in me de⁹. Et si hoc cui-
libet discenti: & veritatem scrutanti est ne-
cessarium: multo magis theologo qui diuina
scrutatnr profunda mysteria. Theologis
Esa. 52. enim cōgrue potest dici illud. Mūdāmini q
ferris vasa domini. Vasa dñi sunt prophete
& aīj autores sanctarum scripturam. Nam
A& 9. de vno illorū dixit deus. Vas electionis est
mihī. Vasa domini deferunt theologi, qui
in sacris autorib⁹ versantur. Et qui hęc vasa
deferūt mūdari eos oportet, vt illa quæ

Quarta decim a. Fo. 102.

intra vasa continentur percipere valeant.
Est etiam alia huius petitionis ratio qua pe-
tit cor mundum sibi dari: vt videlicet deum
in corde suo recipere mereatur. Deus enim
cum sit mundissimus ipse, mundum requi-
rit hospitium: mundum lectum: mundum
vult habere locum omnem in quo habeat
stationem suam quamlibet paruum: quoniam
am nec ad horam nec ad momentum tem-
poris in loco immūdo quiescere valet. Nam Sapi. 1.
in maluolam animam non introibit sapien-
tia. Qui enim vinum preciosum vult alicui
vasi infundere. pri⁹ mundat exacte vas ip-
sum: ne imunditia vasis noceat vino. Quid
putas illum facturum, si balsamum vellet in-
fundere: aut alium quemuis preciosiorem
liquorem? Ego non dubito quemq; eo dili-
gentius vas quodlibet mundaturum, quo
preciosiore liquorem decernit illi vasi in-
fundere. Deus autem preciosus est sine pre-
cio. Argentum siquidem in comparatione
illius arena est exigua. Et omnia quæ desi- Sapi. 7.
derantur huic non valent comparari. Dili-
gentissime ergo quisq; mundare debet cor
suum: si deū in corde suo recipere vult: alio-
qui iniuriā facit deo: illū nō (vt decet) aesti-
mans, si corde suo nō plene mūdato, deū
in illo recipere presumit. Si ergo tu bene de
deo sentis, in bonitate & magnificentia, &



Homilia,

munditia, cor tuum cura mūdare, vt dignū sit in quo deus habitare velit. Siquis em̄ (vt ait Paulus) emundauerit se: erit vas in honorem sanctificatū & vtile dño ad omne opus bonū paratū. Quo pacto vero illud mūdes

2. thi. 2. Hieremias te docet: sic inquit. Effunde sicut aquā cor tuum ante conspectum dñi. Sicut aquā inquit, non sicut mel, aut sicut vinum, aut sicut lac, aut sicut aliū quēcunq; liquorē. Nam si aliū quēcunq; liquorē præt̄ aquam ex vase effuderis, manebit postmodā vas ipsum parte aliqua liquoris effusi superfluitū vt contingit in melle & oleo: aut odorem effusi liquoris retinebit. Nā (vt dixit ille) quo semel est imbuta recens serua bit odorē testa diu. Aut si horum neutrū cōtingat: colore saltē pristini liquoris vas ipm sic manebit infectū: vt cēseas a liquore vas mutuasce colorē. Nihil horū repies in aqua. Hęc em̄ cum effusa fuerit, nihil aut saporis aut odoris: aut coloris post se relinquet in vase. Et ob hanc causam, sicut aquā effundere cor nostrū pręcepit propheta. Sūt em̄ aliqui, qui se peccasse cum dolēt, quorundā peccatorū pœnites: alicui alteri blandiūtur, aut si forte omnīū pœnitet aliquod eorum erubescentię causa in confessione retinent. Isti quasi mel aut oleū cor suum effundunt: quia in corde suo quasdam peccati re

Horati⁹

Quintadecima. Fo. 105.

liquias retinent. Sunt rursus alij, qui & si peccata sua omnia confiteant, & ab eis opere abstinent, affectum tamē peccati retinēt & isti effundunt cor suū sicut vinum: quod postquā effusum est, odorem in vase relinquit. Alij demum sunt, qui & si omnia confiteantur, & effectum pariter atq; affectū deserant: peccati tamen vultum non deserunt qm̄ easdem peccati similitudines quas pri⁹ deserunt, eadem sunt colloquia: ijdem gressus & eadem canuersiones. Hi nempe effundunt cor suum sicut lac: quod in vase vñ effusum est, suum relinquit colorem. Aqua autē nihil horum habet: qm̄ cum semel effusa fuerit, nullum saporem, aut odorem, aut colorem in vase relinquit. Sicut aquā ergo effunde cor tuum. Sic peccata tua oīa in aurem sacerdotis effundens, vt nullus eorum affectus, nulla illorum facies in te maneat. Sic igitur te oportet mundare cor tuum, vt dignum sit deo habitaculum: ita videlicet: q̄ nec affectus nec effectus, nec color pristinę immunditię maneat. Alioquin si horū aliquid insit: cordis tui habitaculū propter illius immunditiā dedignabit deus. In cui⁹ figura templum quod a gentibus violatum fuerat Iudas machabæ⁹ mundari pręcipit & altare nouum constituit, & vasa noua facit. Non ab aliam causam hęc facit Iudas

l. ma. 5.



Homilia.

quam q̄ cognoscit mirabilem illam ac stupēdam dei munditiam non posse in loco imo mūdo habitare. Ideo igitur templum quod domus dei est, mūdāt: vt illud dignum deo habitaculum reddat. Quid autem sit verū dei templum, Paulus in priore ad Corinthios epistola explicat, dicens. Nescitis quod templum dei estis vos: & spiritus sanctus habitat in vobis? Hoc enim verum dei templum est: hæc vera eius domus: in qua verus deus habitat quam in quouis alio corporeo templo. Deus enim (vt alibi Paulus disputans ait) qui fecit mundum & omnia quæ in mundo sunt: hic cæli & terræ cum sit dominus: non in manufactis templis habitat. Nam & hoc ipsemet deus per Esaiam prophetam iudæis peruerse sentientibus ait.

Esa. 66.

Cælum sedes mea est: terra autem scabellum meorum. Quæ est ista domus quam ædificabitis mihi? Et quis est ille locus quietionis meæ? omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit dominus. Ad quæ respiciam nisi ad pauperculum & contritum spiritu & tremens sermones meos? Hoc dicit: vt iudaicum conuincat errorem, qui putant inuisibilem incorporeum & incomprehensibilem deum, templo Hierusalem posse concludi. Et hunc eundem errorem ipse templi structor Salomon reijcit dicens.

Quintadecima. Fo. 104

3. reg. 8.

Si enim cælum & cæli cælorum te capere non possunt: quanto magis domus hæc quæ ædificauit? Conditor igitur cæli & terræ: qui in terris templum se habere denegat, humile & quietum & tremens sermones suos hominibus libenter assumit in templum: dicens. Ad quæ respiciam, nisi ad pauperculum & contritum spiritum & tremens sermones meos? Quicumque ergo humilis est, & quietus & tremens sermones dei, illum respicit dominus: & illum in habitaculum suum eligit: & talibus ait apostolus. Templum dei estis vos, & spiritus sanctus habitat in vobis. Hoc templum dedicatur, & consecratur deo per baptismum: in quo baptizatus renunciat diabolo, & omnibus operibus eius. Et tunc templum dei sanctum est. Quod autem semel deo dedicatum est iam ad alios versus capi non licet. Non est ergo æquum vt homo baptizatus terrena cogitet: terra na concupiscat: pro terrenis suspiret. Vide ergo homo fidelis, qui per baptismum deo consecratus est: vide quid agas: caue ne aliquid in templo hoc facias, per quod templi habitationem offendas: per quod templum violes: quoniam (vt ait Paulus) si quis violauerit templum hoc: disperdet illum dominus. Violat autem qui peccat: qui aliquid seruo dei indignum facit: & hunc talem velut templi violationem disperdet dominus. Et merito.

1. co. 3.

1. co. 3.



Homilia,

ps. 78.

Nam si eligeres in ecclesia facere adulteriū:
intra parietes istos: quid te esset sceleratū?
Modo autem tu ipse es templum dei. & in-
tra cordis tui latebras adulterium facis hor-
micidium perpetrās: & alia innumera flagi-
tia committis: & non vereris? Si locū reuer-
rebaris, templum videlicet corporeū: vene-
rare cortuum, quod multo dignius est tem-
plo illo corporeo, manu hominum factō. De
talibus qui hoc dei templum per peccatum
violant, ait propheta in alio quodā psalmō.
Deus venerunt gentes in hereditatē tuam
polluerunt templum sanctum tuum. Anima
christiana sicut dei templum ita & dei herē-
ditas dicitur. Si hæc increſcētibus vitiis suc-
cumbit: & demoni subditur: tunc templum
spiritui sancto dedicatum, gentium criminibus
polluitur. Polluto templo & violato: itā
quā a loco immundo recedit deus: & ob hæc
causam nihil ad dei cultum pertinens in eo
feri licet. Et corde nostro per peccatū pol-
luto: nllum meritū ad vitam deducens ætet
nam operari possumus: quā iam deus inde
tanquam ex loco immundo recessit. Quod
si deum ad nos remeare cupimus: satagere
oportet: vt prius cor nostrum mundemus
& purificemus. Verum quis ad hanc templi
purificationē sufficiet? Quis erit tanto ope-
re dignus? Quis ad tam difficile op⁹ idone⁹
inuenietur?

Quintadecima. Fo. 105.

inuenietur: Nullus, nisi Iudas cui soli hoc
munus seruatum est. Iudas siquidem inter-
pretatur confessio: & hæc est q̄ ex immun-
do facit mundū, hæc est, quasi quædam sp̄s
ritualis seopa, qua peccatorū omnīū immū-
ditia perduntur. Hæc seopa mundata erat
domus illa a qua deiectus immundus sp̄s, Luc. II.
cum ad eam redire tentasset intrare nō po-
tuit. Ideo David in alio quodā psalmo ait. ps. 76.
Et meditatus sum nocte cū corde meo: ex-
ercitabar & scopebam spiritum meum. Hæc
autem peccati confessionem, nisi deo moto
re facere nō possum⁹. Quā sicut (teste Pau-
lo) non possumus facere nec cogitare aliqd 2. cor. 5.
ex nobis quasi ex nobis: ita nec etiam boni
aliquid eloqui. Quā (vt idem ait) nemo pot 1. cor. 12.
dicere dñs Iesus nisi in spū sancto. Nemo
ergo potens est plene peccata sua confiteri
nisi a deo fuerit illi datum. Quapropter pec-
catori ad confessionē parato, summie neces-
sarium est, vt deum & sanctos oret: quaten⁹
ab eis verā peccati confessionē impetrare
valeat. Quo fit, vt tota cordis munditia que
per confessionem habet, in deū tanquā in
fontē & primū illius auctore reiicienda fit:
quā ille est qui ad confessionē vrget: & confes-
sionem iuuat: & confessum mundat. Et ob
hanc causam David nunc deum pro cordis
munditia orat dicens. Cor mundū crea in.

105. 911



Homilia

me de⁹. Te solū oro: qm̄ tu solus mūdus es. Tu solus potes facere mundū de immundo tu solus agnus sine macula: qui solus tollis peccata mundi. Tu ergo crea cor mundū in me, vt ipsum in corde meo recipere valeā. Nā ego pollui (in quā) adulterio: violauieffusioe sanguinis Vriæ: tu ergo illud purifica crea illud mundū: fac illud castū: qm̄ tu cast⁹ es: fac illud piū qm̄ tu pius es: fac illud māsuetū: qm̄ tu mansuetissimus es: vt te mūdissimū ego mundus recipere merear. Munda cor meū, vt mundo corde te hic cognoscere valeā p̄ fidē: & tandē aperte videre in gloria. Quam nobis præstare digneris: p̄ merita Iesu xpi filij tui: qui tecum & cū spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Homilia sextadecima.

Et spiritum rectū in noua in viscerib⁹ meis.



Vi prius cor mundū sibi daret postulauit vt deū in se recipere & agnoscere mereret: nunc vt recte incedat: sp̄m̄ rectum petit. Sicut enim Dauid: quia

Hię. 10. non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos: & ob hanc causam spiritum rectum petit: qui illum per deum uia queq; vagantem incedere non sinat: sed ad semitam rectam reducat. Cor homini

Sextadecima. Fo. 106.

(vt ait Salomon) disponit viam suam: sed Pro. 19. domini est dirigere gressus eius. Et iterum. A domino diriguntur gressus viri. Homo Ibi. 20. enim sibi relictus: via incedet quæ sibi videbitur pulchra: sed nouissima eius ducent ad mortem: quapropter spiritu directore indiget quo dirigatur. Propter quod Paulus non immerito pro Thessalonicensibus orabat, dicens. Dominus autem dirigat corda vestra in charitate dei & patientia Christi. Hinc est q̄ Ezechiel propheta postquam descripserat illa sancta quatuor animalia pennata: dixeratq; vnumquodq; illorum ante faciem suam ambulare: statim subiunxit. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Quatuor illa animalia sicut quatuor euangelistas: ita etiam iustos quosq; designant. Omnis enim iustus & in via dei perfectus vir aliquid de ratione cuiuslibet horum quatuor animalium sibi vendicat: ita vt iuxta vnam rationem sit homo: & iuxta aliam leo: & secundum aliam confiderationem dicatur vitulus: secundum aliam deniq; aquila. Homo enim rationale animal est: qui ergo integra ratione pollet, homo dicitur: quoniam ij qui paululum a ratione defecerunt, facti sunt sicut æquus & mulus quibus non est intellectus. Vitulus in sacrificio mactabatur: & iustus quisq; se



Homilia,

metipsum ab huius mundi voluptate mortificat. Et ideo vitulus dici potest. Nam propter hanc solam sacrificii ratione laus quae deo offertur, vitulus etiam per prophetam Oseam vocatur. Reddemus (inquit) vitulos labiorum nostrorum. Leo fortissimus bestiarum est, quod ait Salomon ad nullum pauebit occursum. Iustus autem contra omnia aduersa infractum semper & inuictum opponit animum. Propter quod Salomon iterum dicit. Iustus quasi leo confidens absque terrore erit. Aquila in altis volando se subleuat: & (ut est apud Iob) in arduis ponit nidum suum, & iustus quisque ad caelestia contemplanda eleuatur: & in arduis crucis Christi sibi nidum facit: in quo tanquam in foraminibus petrae, aut caeuerna maceris securus requiescit. Omnis ergo iustus propter prudentiam dicitur homo: propter temperantiam vitulus, propter fortitudinem leo: propter iustitiam merito dicitur aquila. Haec igitur sancta animalia ante faciem suam ambulat quia semper caelestia inquirunt: nunquam ad terrena quae semel reliquerunt reuertuntur, scientes quod nemo mittens manum ad aratrum & aspiciens retro, aptus est regno dei. Iusti ergo, ne velut inepti regno dei abiciantur, semper ad anteriora se extendunt. Unde Paulus Philippensibus scribens ait. Quae retro sunt obliuiscens: ad ea vero quae sunt

Luc. 9.
Phil. 3.

Sextadecima. Fo. 107

priora extendens metipsum, ad destinatum persequor ad brauium supernae vocationis in Christo Iesu. Temporalia obliuiscens Paulus, tanquam quae a tergo reliquerat: ad spiritualia quae concupisciebat se extendebat. Potest etiam aliter hoc intelligi: igitur iustus quisque, qui semper proficere optat: nullo bonorum operum numero sit contentus: sed semper ad ulteriora opera exercenda procedere satagat. Et bona semper faciens semper meliora perquirat. ut pergens de virtute in virtutem: videat deum deorum in syon. Sed cum semper ante faciem suam gradientur: non nisi spiritu sancto impellente mouentur. Et ideo dicitur. Vbi erat impetus spiritus illuc gradientur. Variis enim gressibus incedunt iusti: & varias vias capiunt: ad eandem tamen metam perueniunt omnes: quia spiritu sancto ductore mouentur. Sunt enim aliqui qui casto coniugio sperant se vitam consecutores aeternam. Sunt sursum, alij qui se propter regnum caelorum castrant: hoc melius esse cum Paulus existimantes. Sunt aliqui qui Martham imitantes proximorum sollicitam curam gerunt: quatenus nihil illis de necessariis ad vitam desit. Sunt iterum alij, qui deo vacare velut optimam partem ad Mariae exemplum sibi eligunt. Sunt etiam multi, qui praedicatoris officium laudabiliter appetunt: audito

I. co. 7.



Homilia.

Esa. 6. rū magis profectū, quā doctoris honorē ap-
petētes, qui cū Elia propheta dicūt. Ecce
ego dñe, mitte me. Nec desunt etiā alii, qui
ad illud magna cū laude coacti trahuntur:
cū videlicet nō propter prædicationis labo-
rē: sed quia tāto muneri se impares sentiūt,
prædicationē recusant: Hieremiā imitātes,
qui cū a deo fuisset sibi officiū prædicationis
in iūctū, humiliter tamē reluctabatur di-
cens. A. a. a. domine de⁹: ecce nescio loqui:
quia puer ego sum. Ecce q̄m varijs atq; inu-
cē diuersis vijs hi omnes incedūt: omnes ta-
mē spiritu sancto ductore mouētur. Si qua-
ras cur Esaias non reluctatur, aut cur Hie-
remias non se offerat? Cur etiā Martha ad
pedes Christi nō quiescit, aut Maria non est
solicita? Certe respondere aliter nō pos-
sumus: quam q̄ sancta animalia cū sint, vbi
est impet⁹ spiritus illuc graduntur: quoniam
nō est viri, vt ambulet & dirigat gress⁹ suos
sed a domino dirigūtur gressus viri. Ob hāc
Pro. 20. causam David, qui se velut ouem quæ pe-
ps. 118. risset errasse cognoscebat, cauēs sibi in futu-
rum, & timens ne sibi relictus iterum errare
contingat, spiritum rectum petit, qui recta
incedere via doceat. Propter quod in alio
ps. 142. quodā psalmo, dicebat. Spiritus tuus bon⁹
deducet me in terram rectam. Hunc ergo
spiritum, qui in terram rectam deducat Da-

Decimaseptima. Fo. 108.

uid petit: cum ait, Et spiritum rectū innoua
in visceribus meis. Quod autē dixit inno-
ua, simile est illi quod in priore parte huius
versus dixerat, crea: propter q̄ apud Eze-
chielē: cor nouum promittit deus baptiza-
to, sicut spiritum nouum: dicens. Dabo vo-
bis cor nouum: & spiritū nouū ponā in me-
dio vestri, Quod Ezechiel appellat cor nouū,
Dauid cor mundū vocat, Cor ergo mun-
dum petit creari: & spiritum rectū innouari:
vt videlicet innueret nullam esse mūditiā
in corde tuo: nullā rectitudinē extare iam
in spiritu suo. Proinde ergo necessariū esse
autumat: vt de⁹ noua faciat omnia: & ideo
ait. Cor mundum crea in me deus: & spiritus
rectum innoua in visceribus meis. Si
enim veterem quem habeo spiritum reli-
queris: non rectus sed prauus erit: non diri-
get gressus suos: sed ambulans vias diffici-
les errabit a via veritatis. Ideo spiritum re-
ctum innoua in viscerib⁹ meis. Innouatur
autem spiritus in nobis per charitatem. Nā
inter multas ignis virtutes hæc vna est &
non parua: videlicet innouare quæ iam
senio consumuntur: vt videre est in ferro,
aut argento quod vsu veterascit: in igne
autem proiectum innouantur. Sic etiam
peccator in vetustate peccati existens ig-
ne charitatis super veniente, consumpta
O iij



Ps. 103.

Homilia,

peccatorū rubigine p̄ gr̄am renouat. Ideo i
alio psalmo Dauid ait. Emitte sp̄m tuum &
creabunt̄ & renouabis faciē terræ: Verum
quia prius vetera necesse est delere vt resti
tuan̄ noua: prout in oīm rerū gn̄atione ex
petimur: vbi prius necesse est veterē a ma
teria expellere formā, quā nouā inducere:
ideo priusq̄ petislet sp̄m renouatorē: sp̄m
veterē auferri postulat dicēs. Auferes sp̄m
eorū & deficiēt. Ad eundē etiā modū nunc
Dauid petitiones suas cōponit: qm̄ vt sp̄m
rectum sibi innouari peteret: prius oēs suas
iniquitates deleri postulauit. Nisi enim ille
prior sp̄s male sapiēs abisset: nouus sp̄s
dari nō poterat. Deletis tñ iniquitatib⁹, cō
tinuo nouus sp̄s datur. Innouato aut̄ sp̄u
mirū quā noua sint oīa. Nouus oculus: noua
ua auris: noua lingua, noua manus, noui pe
des. Nouæ inquā sunt cogitationes, nouæ
affectiones: noua verba: noua opera. Nouæ
enim sunt cogitationes eius qui nouū sp̄m
recepit: qm̄ qui prius lætabat̄ cū male face
ret & exultabat in rebus pessimis: nūc incipit
recogitare annos suos in amaritudine
aiæ suæ. Qui prius de augendo p̄rimoniō
cogitabat, nūc de pauperib⁹ qb⁹ illud diuis
dat cogitat. Affect⁹ etiā sunt omnino inno
uati: ita vt amara iā videant̄ q̄ male dulcia
prius erant. Et q̄ prius nolebat tangere aiā

Sextadecima. Fo. 109.

illi⁹, nūciā dulcissimi cibi sunt illi. Qui pri⁹
diuitias velut rē p̄ciosam pluris æstimabat
nunc illas oēs tāquā stercorea arbitrat̄. Qui
prius carnis illecebras dulces velut mel re
putabat: nūc eas amaras velut fel draconū
censet. Qui prius illas velut cōmodas p̄qui
rebat, inuēt̄asq; extensis (vt aiūt̄) vlnis am
plexabat̄: nunc ab illis tanquā a veneno p̄
sentaneo velocissime fugit: qm̄ venenū as
pidū insanabile illas esse iudicat. Noua etiā
est lingua: qm̄ diuersa valde sunt verba quę
recepto sp̄u loquit̄, ab ijs q̄ prius loqui con
sueuerat. Sic em̄ a xp̄o p̄missū esse audim⁹.
Linguis (inq̄ ille) loquent̄ nouis. Hoc etiā
in apostolis facile experiri possum⁹, si cōsis
deramus q̄ & qualia sint illa q̄ ante aduentū
sp̄s scti loquebant̄: longe quidē alia ab ijs q̄
hausto iā illo cœlesti sp̄u nouorū cordiū opi
fice locuti sunt. Si enim eos ante receptum
sp̄m audis: raro audies quicquā præter am
bitionē, timorē, formidinē, vindictā, immo
dicā sui fiduciā. Audies em̄ quosdā petētes
sedes duas: dextrā videlicet & sinistrā. Au
dies alios verba indignationis plena ob hāc
causam p̄ferentes. Audies eos oēs conten
dentes quis eorū futurus esset prior in re
gno cœlorū. Audies etiā, si aures arrigis, il
lam vocē timore plenā. Nūc volebāt te lapī Ioan. 11.
dare & vis iterū in iudeā ire: Audies filios Mat. 20.



Homilia.

Ma. 24.

illos tonitruū Iacobum videlicet & Ioan̄ē
promittere calicem domini se bibituros: &
Petrum illum apostolorum principem sp̄o
dere animi sui constantiam etiam vsque ad
mortem: indiscrete quidem & arroganter:
quippe qui nondum vires suas experti fuif-
sent: nec scirent quid absque deo possent
At postquam cœlestem illum spiritum hau-
serunt, continuo cœperunt loqui nouis lin-
guis: quia verba non iam humana qualia
prius sed digna spiritu, quem hauserant, lo-
quuntur: Nam petrus qui prius ad mulieru-
culæ vocem ter dominū & magistrum abne-
gauit: recepto spiritu a principibus iussus
vt taceat, & Iesum non prædicet: magna
cum audacia responderet. Obedire oportet
deo magis quam hominib⁹. Vidistis nouas
linguas: videte etiam nouas aures. Nam sic
cut noua loquitur: ita etiam noua audire sa-
tagit. Qui enim prius rumoribus delectaba-
tur: qui a veritate auditum auertebat: & ad
fabulas conuertebatur, nunc nihil dulcius
æstimat quam verbum dei. Sunt enim dul-
cia eloquia dei super mel, faucib⁹ illius qui
spiritum nouum accepit. Nam qui ex deo
est verba dei audit. Propter quod de illo qui
vitam in melius mutauit, dicitur: Cum exi-
ret de terra ægypti linguam quam non no-
uerat: audiuit. Si ægyptus tenebra dicitur:

Act. 5.

Ps. 118.

Ioan. 8.

ps. 80.

Decimaseptima, Fo. 110.

quis ali⁹ de ægypto exire veri⁹ dicē⁹ est,
quā qui peccata quibus per i⁹ norantiā ma-
le prius seruebat, deserit: Sed hic linguam
quā nō nouerat audit: quia verba dei quæ
pri⁹ nō nouerat, audire incipit. Vt autē nis-
hil maneat quod nō sit innouatū: super est,
vt etiā noua opera ostēdamus. Non ne no-
uum est opus abstinētia, in eo qui prius gu-
læ & ebrietati deseruebat: An nō est nouū
opus, & admiratione dignū: vt propria iam
distribuat, qui prius solebat rapere aliena:
An nō est nouum op⁹, vt is qui olim ambu-
labat in magnis & in mirabilib⁹ super se, al-
tiora se quærēs: nunc iam vsq; adeo se deifi-
ciat, ad vt inferiora indignum se reputet: &
qui olim in primo loco sedere conētdebat:
in nouissimo loco nūc sedere satagat. Nouū
certe est & mirabile: vt a propria vx ore ab-
stineat, qui ad alienas hīnrire solebat. No-
ua sunt hæc omnia, a spiritu cœlesti nostro
rū cordiū nouatore puenientia. Sicut enim
qui ad ignē accesserit algēs, cum postea fue-
rit calefactus nō dubitabit ab igne venisse
calorē, quē antea non habebat. Sic etiam,
qui pri⁹ in iniquitate erat frigid⁹, si postea
feruore quodā pœnitētiæ accendatur: aliū
sibi spiritū videlicet diuinū qui suū arguit,
& diiudicat non dubitabit aduenisse. Pro-
pter quod Dauid in alio psalmo fructum nō



Homilia

ps. 103. ui spiritus aduenientis explicans, dixit, Re nouabis faciē terræ. Noua em̄ videt̄ facies terreni cordis: cui⁹ nouæ sunt cogitationes noui affect⁹, noua verba: noua deniq; sunt opa. Propter qđ Paul⁹ in posteriore ad Corinthios epistola, ait. Si qua erga in Christo noua creatura est: vetera tranſierūt: & ecce noua sunt oīa. Quib⁹ verbis innuit Paulus hoc esse symbolū pfectę renouatiōis ī xp̄o si videlicet priorib⁹ pctis desertis, noua deinceps sint oīa, noua cogitatio, nou⁹ affectus, noua lingua, noua opera. Et cū noua sint oīa: fieri necesse est: vt nouus etiā sit hō. **1. re. 10.** Plane nou⁹, q̄ nouū cor & nouū spm̄ habet Propter qđ de Saule dictū est. Inſiliet in te spūs dñi, & mutaberis in virū alterū, Mutatur nāq; in virū alterū: qui nouū spm̄ recipit qm̄ qui peccator antea erat: tūc fit iust⁹ qui prius obligat⁹ ad mortē, nūc iā deputat⁹ ad vitā æternā: qui antea dicebat̄ filius pditionis: nūc iā fili⁹ regni est & dī. Mutat⁹ nāq; est in virū alterū Saul⁹, qui postea dict⁹ est Paul⁹. Nā postq̄ illū circūfulsit lux de cœlo: mutat⁹ est e ferocissimo in mansuetissimū: e leone in agnū: e rebelle in obedientē: e vase abiectissimo, fact⁹ est vas electiōis: a blasphemo deniq; translatus est in mirificū pconē mirabiliū & magnaliū, q̄ fecit xps Iesus seruator n̄r. Nouū ergo hominē facit ille spi

Sextadecima.

Fo. III.

rit⁹ cœlestis. Propter qđ, charitatis pceptū dī nouū a deo saluatore n̄o. qui apud Ioā nē ait. Mandatū nouū do vobis, vt diligatis Ioan. 13. inuicē sicut dilexi vos. Nouū in quā est pceptum charitatis: qm̄ charitas ī ipsa nos nos homines efficit: vetera ad instar ignis cōsumēs: & ad nouā & meliorē vitā nos trāferens. Nā alioqui quō nouū dicendū erit mandatū, qđ in lege vetere cōstat esse datū Immo qđ ipsa etiā lege vetere multo vetustus est: simul cū ipsa incipiens natura: qm̄ oībus a natura inſitū est, vt deū & se inuicē diligant. Omne em̄ animal (vt ait sapiens) dī Eccl. 13. ligit sibi simile. Si ergo pceptū de dilectione rā vetustū est: vt ante ipsam legē veterē ortum fuerit: ideo dicendū erit nouū: quia nos nos homines facit: ita, vt qui charitate imbuti sunt, noui homines facti sint. Hęc hominis innouatio cui libet est necessaria: si in illā sanctā ciuitatē Hierusalē cupit intrare. **Apo. 21.** Nā cum in illa (vt testat̄ beatus Ioannes in Apocalipsi) noua sint oīa, consequens est: vt nulla in illā vetustas possit intrare. Et ob hanc causam Dauid renouari petit, dicens. Et spm̄ rectū innoua in visceribus meis. Ob hanc etiā causam (vt æstimo) Paulus nos ad hanc renouationē hortat̄, dicens. Renouamini spū sensus vestri, & induite nouū hominē, qui scđm deū creatus est in iustitia & san



Homilia.

Etate veritatis. Ad spiritus renouationem hortatur: non etiam ad renouatione eorum quæ a spiritu sunt aliena. vt sunt illa q̄ in solis exteriorib⁹ ceremonijs sita sunt. Nouus enim habitus, noua tonsura, nouū cingulū, noua calciamenta, parū ad pietatē faciunt: nisi his etiam nouitas spiritus addat. Hæc enim oīa: vt nō aspernanda sunt: ita etiam non vsq; a deo amanda: vt in his totam nostrā spem collocemus. Pater enim cœlestis eos solos diligit, qui in spū & veritate eum adorāt: qm̄ hæc talis adoratio in spiritu, est quæ hominē veterem deponens: nouū hominem induere facit. Ideo ad solam spirit⁹ renouationem hortatur Paulus, dicens, Renouamini spiritu sensus vestri. Quo autem pacto hæc renouatio facienda sit. Paul⁹ aperte docuit subiungens. Induite nouū hominem qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate. Ille enim vere nouum hominem induit. qui Christū imitatur. qui sic nouus est homo: vt nihil sit in eo non nouum. Conceptus nouus, natiuitas noua, infātia noua, doctrina noua, vita noua, mors noua: per quam spoliati sunt principatus & doiectæ contrariæ fortitudines. Noua deniq; in Christo sunt omnia: ita vt propter hoc ipsum, non immerito dictum sit de xp̄o Hier. 31. apud Hieremiam. Nouum faciet dominus

Sextadecima. Fo. 112.

super terram. Qui hunc nouum hominem imitatur: & vniuersas illius quātum potest in se exprimit virtutes: vt videlicet sit pius & misericors: vt ille fuit: sit amicus fidelis, p̄ amicis suis animam suam ponens: vt Christus pro nobis inimicis suam posuit, sit mansuetus, qui iniurias retaliare negligat, put ille fecit: qui cum malediceretur non maledicebat cum pateretur non comminatur, hic talis vere indutus est nouum hominem videlicet Christum, qui secundum deum creatus est. Qui enim vestem aliquam induit, non corporis sui membra, sed vestē qua membra teguntur ostendit: sic qui xp̄m in vita imitatur: non suam, sed Christi vitam ḡorit, & ostēdit: vt cum Paulo dicere possit Vivo aut̄ iam nō ego: viuit vero in me Christus. Hic ergo qui Christum imitatus nouum hominem Christum induit: hic est qui vere est spiritu renouat⁹. Renouamini ergo spū, vt noua sitis creatura: vt digni sitis qui in illā sanctā ciuitatē supernam, videlicet, Hierusalē in qua noua sunt omnia recipiamini. Qui furabat̄ iam non furet: magis aut̄ laboret operando manibus suis: qđ bonum est: vt habeat communicare ei qui indiget. Qui fornicabat̄, iam non fornicetur. Qui primas cathedras pri⁹ amabat, nūciā in nouissimo loco sedere cōtendat. Qui de sibi blas

1. Pe. 2.

Gal. 2.

Eph. 4.



Homilia,

phemare solebat, deinceps deū laudare inci-
piat. Sed quia hec oīa p̄stare ex nobis ipsis
non sufficimus, nisi a deo idiuuemur: o p̄
est vt deū oremus, & cū propheta Dauid di-
camus. Sp̄m rectū innoua in viscerib⁹ meis
Da mihi sp̄m rectū: non q̄ huius mundi sunt
sed te solū amantē. Da sp̄m rectum qui recta
via incedere doceat. Priorē sp̄m quem mihi
dederas: peccata mea extinxerūt. Illū ergo
sp̄m renoua qui me castitatē, humilitatē nā
siletudinē, pietatē, doceat: vt per has virtu-
tes tanquā per viā rectā valeā ad te pueni-
re. Qui cum patre & spiritu sancto viuīs &
regnas in s̄cula s̄culorum. Amen.

Homilia decimasextima.

Ne proijcias me a facie tua: Et sp̄m
sanctum tuum ne auferas a me.

Antus est thesaurus mysterio-
rum quæ in sacra scriptura re-
condita sunt: vt s̄pe sub vno
eodemq; literæ cortice, p̄pter
varias rerū p̄prietates: lateant
non solum variæ sed etiam contrariæ diuer-
forum mysteriorū significationes. Quo fit
vt sacre scripturæ quæ omnes vno animo
vnoq; spiritu eoq; sancto conditæ sunt: pa-
rum int̄ligentibus, sibi inuicem contrariæ
& tanquā ex diametro pugnantēs videant

eo

Decimasextima. Fo. 113.

eo q̄ iuxta vnam quam norunt alicuius cer-
tæ rei proprietatem: omnia quæ per illā vo-
cem talis rei significatiuam enunciantur, in-
telligi volunt. Non enim attendunt, q̄ sic ut
eadem res varias diuersasq; continet pro-
prietates: ita etiā varia diuersaq; significa-
re potest. Leo enim propter voracitatem &
crudelitātē, demonē significat: qui (vt bea-
tus Petrus ait) rugiens citcuit quærens quē
deuoret. Sed præter hanc crudelitātē, has
bet etiam leo fortitudinem talem: vt (iuxta
Salomonis sententiā) ad nullius p̄ueat oc-
cursum: & propter hanc fortitudinem, Chri-
stus redemptor noster dicitur leo: qm̄ demo-
nem fortissimum beneq; armis munitū sua
morte deuicit. Et propter eandē causam il-
lus qui in domino confidens absq; vllō ter-
rore est: etiam dicitur leo. Cætera de genere hoc
adeo sunt multa in sacris literis: vt loquat̄
simus quemq; de lassare valeant. Exrāt enī
de hac re ingētia volumina a varijs scripto-
ribus edita. Quæ omnia ideo p̄missimus,
quia timemus ne forte aliquis miretur, & di-
cat. Quo pacto Dauid qui superius petiuit
a deo, vt auerteret faciē a peccatis suis: mo-
do etiam petit, vt non etiam faciē ab ipso
auertat? Fieri enim nō p̄t, vt in ipsum Da-
uid faciē & oculos de⁹ intendat, qui p̄ pe-
cata quæ in ipso Dauid sunt, ob oculos del-

p



Homilia,

ps. 32.

etiam obuersionem. Esto etiam id fieri possit, si facies pro vindicta (vt supra iam docuimus) & ira sumitur: cur timet faciem dei super peccata sua, & non timet immo optat & petit faciem dei super seipsum? Præsertim cum ipse alibi dixerit. Vultus autem domini super facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum? Si respectus diuinæ faciei super facientes mala: huc tendit, vt eos perdat quomodo Dauid qui se male egisse agnoscit faciem dei non reformidat: sed magis ne ab illa proiciatur orat: optans semper ante conspectum dei stare? Sed nos hæc quæ quodammodo in specie pugnare videntur faciem dei conciliamus si aduertimus quod variae sunt dei facies quas nobis sacra ostendit scriptura: Est enim facies iustitiæ in deo, est & facies misericordiae. Quia enim per faciem melius quisque cognoscitur. Hinc est vt illud mystice in sacris literis facies cuiusque, dicatur: per quod melius in notitiam illius peruenitur. Hinc conscientia cuiusque, facies dicitur: quia per illam ab omnipotente deo cognoscimur & iudicamur. Et hæc est facies illa quæ in ieiunio nostro lauari a deo precipitur. Deus autem & cognoscitur per iustitiam: & per misericordiam. Non enim minus manifestat nobis deum, & bonitatem eius, rectissima & distric-
tissima illius iustitia quæ benignissima eius

Mat. 6.

Decima septima. Fo. 114.

miseriordia: quoniam non minus bonus est deus cum punit, quam cum miseretur. Quod fit, vt iustitia dei, facies dei dicatur: & misericordia eius eodem nomine appelletur: quoniam nam per vtramque (vt diximus) deus agnoscipotes. De facie iustitiæ dicit Iob, A facie ipsius turbatus sum: & considerans cum timore sollicitor. A facie domini turbatur, qui bene cognoscit quanto rigore iudicij peccatores quosque dominus in iudicio punit. Qui coram oculis suis terrorem diuinæ maiestatis proponit: vt rectitudinem iudicij illius cognoscat: & scit iudicem esse tam sapientem: vt eum nil lateat: tam potentem, vt nullus suæ possit resistere voluntati: tam rectum, vt nec precibus flecti possit, nec muneribus placari: qui hæc omnia conspicit in deo: & se ad reddendam rationem non sentit idoneum: merito a facie ipsius turbatur. Propter quod subdit: Et considerans, timore sollicitor. Timore enim concutitur qui recte supremi iudicis rigorem considerat. Qui vero longe ab hac consideratione abest: securam vitam ducit: eo quod venturum iudicem minime reformidat: & inde euenit: vt in alia vita eo districtius iudicetur: quo magis hic securus viuuit. Iusti autem, vt aliquando postea plene securi esse possint: in hac vita perpetua cura & timore horribili incessanter solitantur.

Iob. 25

Iob. 1

Iob. 1



Homilia.

Vt autē hoc melius faciāt: semper faciē dei iudicantis, & tremendam illius maiestatem ob oculos suos ponunt. Merito quidem a facie dei iudicantis turbant: quia (vt est apud Dani. 7. Daniele) de facie dei fluuius igneus rapidusq; egredit̄. Nam post descriptionem illarum quatuor bestiarum quæ quatuor regna designant, subiungit. Aspiciebam donec throni positi sunt & antiquus dierum sedit. Vestimentum eius candidum quasi nix, capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flammæ ignis. Rotæ eius signis accensæ. fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius. Fluuius dicitur eius districta iustitia: quia nūquā ille iustitiam facere desinit: sed admodū fluuij semper fluit. Rapidus dicitur propter celerrimā suæ sententiæ executionem: quā simul vt ipse dixerit, facta erūt oīa. Hanc faciē timebat, & ideo locū vbi ab illa se abscondi posset querebat Iob: dicens. Vbi me abscondam a vultu iræ tuæ. Abscondi a facie dei nunc quærit, qui alias quæritur a deo faciē suam illi quasi inimico absconderet. Hanc iustitiæ faciem timebat Dauid cū dicebat: Auerte faciē tuā a peccatis meis. Nolebat siquidē in furore argui, nec in ira a deo corripī. Alia est dei facies videlicet misericordia. Hæc est illa Assueri facies de qua dicit Hester regina. Valde enim mirabilis es domine & facies tua plena est gratiarum. Plena sū

Dani. 7.

Iob. 13.

Hest. 15.

Decima septima. Fo. 115.

quidem gratiarum est diuina mīa, de cuius plenitudine nos oēs recipimus gratiam. Et propter hanc causam facies illius in Apocalypsi dicitur esse sicut sol. Sol enim oībus lucet, & super omnem hunc visibilem mundū expandit radios suos. Deus etiam oīm miseretur & super bonos & malos effundit misericordiam. Eisdem radijs sol emollit cerā, & indurat lutū: sic deus eisdem beneficijs quorundā corda emollit: & multorum corda indurat. Nā aliqui sunt qui dei benignitate & misericordia agnita ad illius amorem allicuntur. Alij vero contra, ex ipsa dei pietate efficiuntur deteriores: quoniam de diuina misericordia plus iusto confidentes, emendationē suæ vitæ contemnunt: & trahunt iniquitatem suā in funiculis vanitatis: & (vt Esaias ait) quasi vinculū plaustrī peccatū. Hos enim (vt in alio sermōe supra iam me declarasse meminī) diuina misericordia per occasionē, quæ uis non oblatā, indurare dicitur. Hæc est illa facies Salomonis quā omnis populus videre desiderat: quoniam nemo est qui non diuinā imploret misericordiam. Nā (vt in alio quodā psalmo Dauid ait) Auertente deo faciē suam oīa turbabunt. Si enim deus ab operibus suis misericordiam quā super oīa illa effudit condens illa, subtrahere voluerit, oīa turbabunt: quia in nihilum redigentur. Et hoc Dauid tanquā expertus loquitur qui in alio psalmo ita inquit

Apo. I.

Esa. 5.

2. par. 9.

Ps. 103.



Homilia,

Ps. 29.

Ps. 138.

Exe. 41.

Auertisti faciem tuā a me & factus sum cō-
turbat⁹. Ab hac facie eiici timet Dauid ideo
orat. Ne proicias me a facie tua. Ecce qui
nunc timet a facie dei proici ipsemet alias
nimum anxius quærit locum quo a facie
dei fugiat dicens. Quo ibo a spiritu tuo &
quo a facie tua fugiam? Ex quorum duorū
locorum collatione apertissime colligimus
duas esse dei facies: vnam quā Dauid vide-
re optat & in illius cōspectu semper stare: &
hæc est misericordia. Alteram cuius conspe-
ctū refugit, & ab ea se abscondi satagit: & hæc
est illi⁹ districta iustitia. Nec mirari quisquā
debet aut virtutum putare quod deus facies
diuersas habeat, quia de singulo quoq; san-
ctorum quatuor animalium pēnatorū quæ
propheta Ezechiel describit dicitur: quod
quatuor facies habeat quas nos proximo su-
periori sermone exposuisse meminim⁹. Et
de duobus cherubim quæ erāt in domo dei
idem propheta testatur eorum quodlibet
duas facies habere: hominis videlicet et leo-
nis. Nō quod sint animo duplices: sed quia
uarias eorū quodlibet habet virtutes. Ad
hunc modum deus duas habere facies dicitur,
quia duabus est insignitus virtutibus
per quas cognosci ab omnibus possit: iusti-
tia videlicet & misericordia. Nec ambas si-
mul eidem ostendit quoniam alternis eas

Decimaseptima. Fo. 116.

manifestat, & abscondit: & hoc pro varietate
ta cuiusque hominis vitæ. Si vnam ostendit:
aliam subtrahit. Ostendit autem hanc
aut illam: iuxta vniuscuiusq; meritum. Non
enim semper eūdem omnibus ostendit vultum.
Mam malis se ostendit iratum: iustis
autem benignum & mansuetum. Peccatori
b⁹ se ostendit ferocem vt leonem: iustis mi-
sericordem vt agnum. Variatur vultus illius (si va-
riatio aut mutatio dicenda est) ad variatio-
nem meritum nostrorum. Quemadmodum
dum. n. speculū sine sui variatione talē red-
dit faciem, qualis est ea quæ sibi obijcitur.
Si tristis obijcitur facies: tristē etiam ostendit,
si hilaris, hilarem. Sic deus qui (iuxta sa-
pientem) Candor est lucis æternæ & speculum
sine macula, talē se nobis ostendit qua-
les nos illi præsentamur. Si degeneres fu-
mus: non vultum patris sed iudicis ostēdit.
Si vero filij nominamur, & sumus: vultum
iudicis auertit, & pietissimi patris vultū
nobis offert. In cuius figura legim⁹ in Eze-
chiele propheta quod super capita sancto-
rum quatuor animalium pennatorum erat
aspectus crystalli horribilis. Per illa sancta
quatuor animalia designari quatuor euāge-
listas aut iustos quosq; iam superius docui-
m⁹. Crystallus autem: nostri redemptoris est
figura: quoniam chry stallus (vt ait sapiens)

Sapie. 7.

Eze. 1.



Homilia,

ex aqua congelata fit. Cum enim aqua mol-
lis & iuxta sit, congelata solidatur & crystal-
lus fit. Christus redemptor noster ante mor-
tem suam corpus habens mortale & passibi-
le, quasi quaedam aqua fuit: quæ per multas
tribulationes & corporis erunas defluens ad
mare amarissimum mortem videlicet suam
peruenit. Sed tandem resurgens a mortuis
quonia iam non moritur nec mors illi vltra
dominabitur virtute resurrectionis induruit
& factus est crystallus quoniam corruptio eius est
in incorruptionem commutata. Hic crystallus su-
per capita animalium residet quia Christus
virtute meritum, & gratie sanctificatione
iustissimos quosque homines superat. Sed
crystallus iste horribilis dicitur: quod quidem
iuxta naturam vix fieri est possibile: imo nec
intelligibile. Nam cum crystallus sit pulcher-
rimus, fieri nequit ut sit etiam horribilis: quoniam
non bene conueniunt neque in vna sede mor-
tantur pulchritudo & horror. Pulchritudo
omnes oculos ad se conuertit, horrorem autem intuen-
tium oculos auerit. Qui sit ergo ut quicquam
sit pulchrum simul & horribile? Sed si hæc quæ
nunc proxime diximus ad memoriam reuoca-
mus: facile crystallum inuenimus qui simul
& pulchritudinem & horrorem habeat. Nam
Christus seruator noster cum iudex in fine sæ-
culi venerit alium alius ostendet vultum, iustis

Decimasextima

Fo. 117.

quidem benignum: peccatoribus iratum. Ius-
tis erit ut agnus: peccatoribus autem ut leo.
Iustis apparebit pulcher: peccatoribus autem
horribilis. Idem qui crystallus speciosus vi-
debitur iustis: idem terribilis ostendetur pec-
catoribus. Ecce ergo dei facies duas: misericordiam
videlicet & iustitiam. Ab vna fugit: alteram
quaerit. Ad vnam venire timet ab altera ei se
formidat. Ad rigorem iustitiae accedere nol-
let: ideo petit. Auerte faciem tuam a pecca-
tis meis. Misericordiam sibi denegari timet
ideo orat. Ne proicias me a facie tua. A fa-
cie sua deus illum proicit: cum misericordiam suam
denegat. Domini enim seruos a quibus offensi
sunt solent a suo conspectu abicere nec pro-
mittunt ante oculos suos apparere. Quod
si forte ante illos insperato transire conti-
gat: auertere oculos solent, ut iram quam ad-
uersus illos conceperunt ostendant. Et si quoniam
illi pro gratia aliqua impetrandam flexis gen-
ibus supplicauerint: in diuersam partem fa-
ciem suam flectunt: ut hoc signo innuant se-
postulatis minime acquiescere: quoniam animos
suorum motus, in ipso corporis habitu ostē-
dunt. Ad hunc etiam modum deus peccato-
ribus quibus irascitur faciem suam auertit:
cum illis gratiam aliquam quam postulant con-
cedere renuit. Hinc est quod muneribus Abel
placatur deus, non autem Cain: quia cum hic



Homilia.

Ps. 142.

peccator maleq; offerens fuerit, ille vero iustus qui ex melioribus frugibus & optimo corde offerebat: hunc & munera eius respicere dedignatus est deus. In illam autem & numera eius faciem & oculos iniecit. Ipso ergo solo vultu alterum innuit esse peccatorem: alterum innocentem. Cū ergo Dauid ait Ne proicias me a facie tua: idem est ac si diceret. Non te mihi iratum ostēdas, ne deneges mihi quod postulo. Non auertas faciem tuam a me: quoniam si eam auerteris, similis ero descendentibus in lacum. Nisi enim tu misericorditer respexeris, in desperationis foueam subito cadam. Si tu faciem tuam auertis a me, necesse mihi erit in tenebris manere: quoniam a facie tua tanquam a vero sole totum animæ meæ lumen oritur. Non ergo faciem tuam a me auertere, sed potius illumina faciem tuam super seruum tuum: quoniam sicut qui a te despectus fuerit, necessario peribit: ita & in quem aspexeris, perire non potest. Ne ergo peream, noli me a facie tua proicere. Proicit illum deus, cui portas misericordiæ sic claudit: vt nunquam ultra aperiendæ sint: a quo peccatæ spes veniæ subtrahitur. Nulli autem spem veniæ denegat nisi obstinato & sic in peccatis indurato vt emendari contemnat: aut illi qui de misericordia & bonitate dei diffidit. Qui

Decima octaua. Fo. 118.

enim male actorum non poenitet, nec in melius vitam commutat: dignus non est qui veniam consequatur. Propter quod Iob ait, Vsq; ad inferos peccatum illius: obliuiscatur eius misericordia. Vsq; ad inferos peccatum deducit, qui vsq; ad vltimum vitæ hiatum in peccato perseverat, nunquam illius poenitens. Hic enim vsq; ad inferos peccatum deducit: quia in inferno etiam existens in illa eadem mala voluntate persistit in qua moriens vitam finiuit. Sed huiusmodi hominis, dei misericordia obliuiscitur quoniam iustum est, vt dei misericordia obliuiscatur illius, qui dum hic inter viuos agebat, dei iustitiæ oblitus est. Hic talis a facie dei proiectus est, quoniam spes veniæ iam ab eo sublata est, obstinatione illius iræ exigente. Proicitur etiam a facie dei qui de illius misericordia diffidit. Cain enim, quia dei benignissimam & largissimam misericordiam non agnouit: dixit. Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. Et quia de dei misericordia diffidit, veniam peccati non sperans: ideo hæc ipsa venia denegata est: propter quod post modum ait. Ecce iijseis me a facie tua. Iustum est vt qui receis faciem non reueretur, faciem illius non videat. Iustum est vt qui deum non credit misericordem: misericordiam illius non ex-

Iob. 24.

Gen. 4.

Gen. 4.



Homilia,

periat, Consentaneum rationi est vt qui veniam non sperat: eam non assequat. Nō enim fieri potest vt veniā impetret, qui manet in peccato & noua veteribus addit. Manet autem in peccato & tali quod vere est in spm̄ sanctum, qui de venia desperat: quofit, vt iuxta sententiam saluatoris, nunquā remittatur. Nam quia remissio peccatorū opus est spūs sancti: vere dī peccare in spm̄ sanctum, qui credit deum non posse aut nō velle remittere peccata. Huius ergo peccatum quia in spm̄ sanctū est, nunquā remittetur. Et sic peccans a facie dei proiect⁹ esse dī: quia illi miā denegatur: eo q̄ ille miā dei nō agnouit. Dauid ergo quia in dei miā cōfidit petit ne spe sua frustret⁹: dicens. Ne proicias me a facie tua & spm̄ sanctum tuū ne auferas a me. Ac si diceret. Ne deneges mihi miā tuam: qm̄ ego miā tuā agnosco: eamq; magnis praconijs effero. Non deneges mihi peccati veniā, qm̄ ego te posse peccata remittere: credo, & in tua miā cōfido. Non auferas ergo a me spm̄ sanctū: qm̄ ego in spm̄ sanctum non peccaui: ego enim non sum vt Cain: qm̄ ille maiorem putauit iniquitatē suā, quā tuam miā. Ego aut, & si magnum esse agnoscam: peccatū meū: tñ multo maiorē scio esse tuam miā. Peccata mea multa esse scio, q̄ tñ numerari possint:

Decima octaua.

Fo. 119.

at miarū tuarū scio nullū esse numerū. Cū ergo in te confidā: miā tuā agnoscam: nunquā de venia desperē, ne quāso eam mihi deneges: sed potius gratiam infunde, qua vitā æternam consequi valeam. Per merita Iesu Christi filij tui, Qui tecū & cum spū sancto vinit & regnat in sæcula sæculorū. Amē.

Homilia decima octaua.

Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spū principali confirma me.



Quid p̄ctm̄ suū agnosces tā multas p̄ eo lachrymas fudit, tāq; p̄petes vt nec comedēs nec bibēs nec cubās, neq; stās: neq; aliud aliquid agens, a fieri vnquam cessauerit. Cū em̄ edebat, cinerē tanq; panē manducabat. Cū bibeat, poculū suū cū fle tu miscebat. Cū ibat cubitū, lauabat p̄ singulas noctes lectū suū: & lachrymis suis strātū suū rigabat. Deniq; ipsemet ait: q̄ dolor su⁹ in cōspectu suo fuerit semp. Ne ergo peperuo m̄erore confect⁹: deficere contingat: lætitiā consolantē petit: dicens. Redde mihi lætitiā salutaris tui. Nō venenatas lætitiās petit, quales ante habuit, cū de male gestis lætabat: & exultabat in rebus pessimis. Non vana gaudia quærit: q̄ de mūdi vanitate habent: quia horū extrema semp luctus occupat: nec solū extrema, sed media etiā: qm̄

ps. 110.

ps. 6.

ps. 37.



Homilia.

rifus dolore sæpissime miscetur. Gaudium quod nemo possit tollere ab illo, nisi de⁹ q⁹ solum potest dare, hoc ipsum solum petit Dauid: ideo ait, Redde mihi lætitiã salutaris tui. Non qualemcunq; petit lætitiã: sed eã solum quam efficit salutare dei. Sic enim accipiendum est genitius ille salutaris: vt vide licet non possessionẽ, sed efficientiam denotet. Ita vt sit sensus, Redde mihi lætitiã quã salutare tuum efficiet: fac me participẽ illi⁹ lætitiã quam per salutare tuum omnis iustus habebit. Salutare dei est Christus, qui salutem humani generis in medio terræ operatus est. Hoc salutare sibi & toti generi humano dari in alio quodam psalmo petebat dicens, Oñede nobis domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis. Sciebat deum in carne venturum, per cuius manus, salus habenda esset: ideo petit, vt deus in hoc suam circa nos misericordiam ostendat: q⁹ Christum filium suum ad nostrã omnium salutem nobis donare dignetur. Non solum ostendere prout iudæis qui eum crucifixerunt ostensus est, non etiã datus: quoniam illius in se salutem experti non sunt. Hoc salutare omnes nos lætos efficit: vitã nobis restituens: quã nos per peccatũ amisseramus. Peccante enim Adã, non solũ corporis, verũ etiã aiã vitã amisit. In ea enim

ps. 84.

Decima octaua, Fo. 120.

hora qua de cibo verito gustauit, aiã vitã perdidit, & ad corporis mortẽ est dãnatus. Ex hac aut duplici morte: maxima nobis oborta est tristitiã causa. Quis em, nisi deus mens ille fuerit, non dolet, nõ vehemẽter tristatur, cũ magnũ aliqđ bonũ se amisisse cognouerit? Cũ aut vitã magnum bonum sit: fieri nequit, vt qui ad mortẽ damnatus est, non tristet. Nã ob solã hanc causã qui se morti ppinquũ putat, tristat: quia bonũ qđ ardentè amat, citissime se amissurũ putat. Hanc ego etiã præcipuã causã crediderim quod oēs nos flem⁹ cũ ex vtero matris emergimur: videlicet quia instigante natura sentit quisq; quanta sint bona quã amisit: & quanta sunt mala quã imminet. Duplici ergo ex causa oēs tristamur: de vitã, scilicet animã & vitã corporis quas per peccatum amisimus. Sed p hoc duplici mœrore, xps seruator noster duplicem nobis reddidit lætitiã: bona quã amisimus restituens: vitã scilicet animã, & corporis vitã, a mortuis resurgens. In primã liberamur a culpa: per secundã eruimur a pœna. Et per hoc, duplicem consecuti sumus lætitiã. Vna est q⁹ a peccato liberamur, altera est qđ ad corporis immortalitatem aliquãdo peruenturos nos speramus. Hanc lætitiã deus pater per



Ps. II.

Homilia,

filii suū se nobis daturū p̄misit: quēadmo-
 dū p̄pheta in alio quodā psalmo testat̄: diēs
 Propter miserā inopū & gemitū pauperū,
 nūc exurgā, dicit dñs. Ponā in salutari, fidu-
 cialiter agam in eo. Verba hæc p̄ris cœlestis
 sunt: q̄ auditis gemitib⁹ humani gñis, q̄ d̄m
 peccatis iacēs gemebat, se daturū cōsolatio-
 nē decernit: iō ait. Nūc exurgā. Ac si dice-
 ret. Ego adiuuabo: succurrā: cōsolabor eos
 Qualiter aut̄ sit cōsolatur⁹: expressit: subisū
 gens, Ponā in salutari. Verū qd̄ ponet, non
 expressit: sed subintelligit̄ ex illis q̄ p̄cesse-
 rūt. Cōtra gemitū, ponet lætitiā: cōtra pau-
 pertates, diuitias spirituales. Quid posset
 salutare dei ponere, nisi salutē: Priā ergo læ-
 titia est deliberatione a peccato. Et hæc mā-
 xima. Nā q̄ ī aliquo durissimo & fortissimo
 carcere captiu⁹ tenebat̄, ab aliquo crudelis-
 simo hoste: si postea carcere fracto vinculis
 disruptis, hoste inuito, immo etiā deuicto, li-
 ber fuerit inde educt⁹: mirū ī modū exultat
 Oēs hoīes quādiu sub pctō vivebāt captiui
 tenebant̄ a demone: carcere terribili, & te-
 nebroso inclusi. Nā brūs Paub⁹ in postero
 re epistola ad Timotheū de diabolo loquēs:
 ait. A quo captiui tenent̄ (haud dubie pec-
 catores) ad ipsius voluntatē. Sic captiui te-
 nent̄: vt eis prohibito demon vtaf̄. Carcere
 obscurissimo sunt inclusi: quia densissim⁹
 ignorantia

2. timo. 2

Decima octaua.

Fo. 121.

ignorantia tenebris laborant. Eā miserā su-
 stinent seruitutē, quā popul⁹ israel in ægy-
 pto passus est. Seruiebat populus in palea,
 luto & latere, & seruienti panis nō dabatur.
 Omne masculinū interfici iubebat̄. Et (qd̄
 his oib⁹ acerbius est) deū suū colere, pp̄s
 non sinebat̄. Hæc oīa generi hūano sub pec-
 cato existenti contigere. Seruiebat siquidē
 in palea vanæ supbiæ, in luto & ceno luxu-
 riæ, & in latere duræ & tenacis auaritiæ. Om-
 ne masculinū interfici: quia si quod p̄posi-
 tum bonū & virile insurgit, statim demō oc-
 cidere tētat: muliebri aut̄ & fragile, hoc nu-
 trit & fouet. Deū colere non finit: quia ho-
 locaustum deo acceptum non offert, diabo-
 lo dignus. Sed in hac seruitute manens, sic
 captiu⁹ tenebat̄: vt nisi sanguine Christi ab
 eo eripi nō posset. Quēadmodū em̄ in quib⁹
 busdā animalibus contingit, quæ sic stringunt
 aliquid intra se inclusum: vt nisi fra-
 ctum fuerit a se non diuidat̄ nec dimittunt
 illud quod in trinsicus clausum tenēt. Si au-
 tem missum fuerit oleum: statim dissoluitur
 Hoc em̄ in polypo me expertū aliqui fuisse
 memini. Sic enim petræ alicui hæret, & rem-
 quā capit ita fortiter stringit: vt etiam si in
 partes scindat̄: nunquā tñ ab eo qd̄ semel
 cōprehendit, diuellatur. Ad hunc modum,
 diabolus humanū genus tenebat: nec velle

Q.



Homilia,

bat dimittere, Tanta enim auaritia illud possi-
debat. ut potius se scindi permitteret, quam
genus humanum quod captiuum tenebat, liberum
abire sineret. Sed dominus Iesus Christus pietissi-
mus seruator nostrum sanguinem suum quasi oleum
miae fudit: & per ipsum nos liberauit. Sic er-
go liberati, omnes laetos nos esse oportet: & tanto
magis exultare, quanto magis acerbo &
duro carcere tenebamur inclusi: & quanto a
magis crudeli hoste tenebamur captiui. Sic
etiam Pharaone mortuo cum toto exercitu suo
populus Israel uideus se liberatum a tyranni-
de Pharaonis & seruitute aegyptiaca, magna
cum laetitia cantare coepit: & dicere, Cantemus
domino gloriosae enim magnificatus est. Et
Maria prophetissa soror Aaron, sumpsit tym-
panum in manu sua: regressaeque sunt omnes mu-
lieres post eam cum tympanis & choris, qui-
bus praecinebat: dicentes, Cantemus domino
gloriosae enim &c. Propter quod Dauid in
alio quodam psalmo, ad hanc laetitiam inui-
tat dicens, Dominus regnauit, exultet terra
laetentur insulae multae. Vniuersa terra &
omnis orbis qui subiectus antea erat sub do-
mino dyaboli, nunc deuictus demone, & nos-
tris ab eius tyrannide liberatis, deo subiicitur
creatori: ut iam demone eiecto, solus
deus in homine regnet. Et ob hanc causam
terra ad exultationem, & insulae ad laetitiam

Exo. 15.

Ps. 99.

Decima octaua.

Fo. 122.

inuitantur. Terrae nomine, continentem de-
notauit: propterea quod contra insulas eam di-
stinguit. Insulae, omnes nos quandiu hic su-
mus, dici possumus: quoniam insulae in medio ma-
ri positae sunt: & nos in hoc mundo, tanquam
in medio mari constituti, varijs cogitationi-
bus, varijsque affectibus, quasi varijs hinc in-
de tundimur fluctibus: & ob hoc, periculo sub-
iacemus: ne forte mare nos aliquando subruat,
& sorbeat. Terra continens quae longe ab hoc
periculo abest: est gloria caelestis, quae extra
omnem aeam iam constituta est. Quod si hoc
non placet dicamus nomine terrae, ratam hanc
ecclesiam militantem significare: quae tuta
uiuunt, & absque ulla formidine secuta, quoniam &
si percutitur, nunquam frangitur: si tundi-
tur fluctibus, nunquam subruitur. Nam &
si particulare aliquod eius membrum aliquan-
do pereat: ipsa tamen tota nunquam peribit.
Exultet ergo terra: laetentur insulae multae.
Ac si expressius diceret, Ecclesia tota exul-
tet, & multae animae laetentur eo quod deuictus
demone, ab eius tyrannide liberatae deo re-
gnanti subiiciuntur. Tota ecclesia de Christi
resurrectione laetari admonetur: & merito:
quoniam per Christi mortem & resurrectionem
nem ipsa ecclesia sic mundata est: ut multo
clarior & pulchrior fieret, & coram deo ap-
pareret. Verum hoc admonere oportet.



Homilia

quod ait: insulae multae: & non dixit insulae
oēs: quia nō oēs de incarnatione, & benefi-
cio passionis xpi laetabunt. Qui bene vixe-
rit, & dei praecipis obedierit, incarnationē
dei eiusq; passionē sentiet in solatium, & in
remediū. Si vero quis male vixerit & dei p̄-
cepta cōtempserit, de xpi passionis bñficio
laetari minime poterit, sed maxima tristitia
absorbebit: qm̄ tm̄ sibi oblatū bñficiū con-
tēpsit: & illo ad suū p̄fectū, vti nesciuit. Ea-
dē ergo xpi incarnatio, atque eius victoria
quā per suā passionē acquisiuit, sicut iustis
materiam laetitiae p̄bent: ita peccatores dā-
natos máximo mōrore conficiunt. Multas
ergo insulas ad laetitiam inuitat, nō oēs: quia
non oēs obediunt euangelio: nō oēs credūt
deū incarnatū: non oēs credūt eum passum
fuisse: nec passiōe sua demonē vicisse. Quo-
fit, vt qui victoriā nō agnoscunt, de ei⁹ vi-
ctoria laetari nō possint: qui eū regnantem
non credūt, de eius regno non exultent: qui
se a diaboli tyrannide per xpm̄ liberatos nō
agnoscunt, de hac liberatione nō gaudeāt.
Dauid autē qui agnoscebat xpi incarnatio-
nē atq; eius passionē, & per illā de demone
habitum triumphū, desiderat se huius laeti-
tiae participē esse, velletq; inter multas illas
insulas cōnumerari q̄ de xpi victoria laetan-
tur: ideo ait, Redde mihi laetitiam salutaris tui

Decima octaua. Fo. 123.

Ac si diceret, Fac me de remissione p̄ccatorū
certū: qm̄ hoc ipso audito, maxima laetitia
perfundat: fac vt sicut de p̄ccō doleo: ita de
remissioe gaudeā. Acerbo dolore premor,
qa te offendi: fac vt nimio gaudio exultē, qa
mihi condonasti peccatum. Sicut enī vhe-
mens est dolor in corde p̄nitentis: ita ma-
xima est laetitia cordis in eo: cui peccatū iā
est remissum. Nō dubito quin Magdalenae
lachrymae, quibus pedes xpi rigabat, versae
fuerint in laetitiam, ad vocē xpi dicentis. Re-
mittunt tibi peccata tua. Erātq; tunc simul
ignis & grando: laetitia & tristitia in eadem
sede morabant. Dolebat se peccasse: se p̄ni-
tuisse gaudebat. De peccato tristabāt: de re-
missione peccati laetabāt. Contendūt itaq;
inter se laetitia & tristitia: & si te iudice bellū
agere: nescires quā cui praereres. Laetitia
tū hoc habet victoriae signū, q̄ tristitia ha-
reng cedere coegisse videt. Nā tristitia intra
cordis tabernaculū se continere non valēs,
per oculos quasi per portas exire cōpellit.
Laetitia vero, quia totā occupauerat domū
in corde velut victrix se continet: nullā sui
partē foris ostendens. Hanc laetitiam in se
ipsis experiunt, ij qui magno peccatorū p̄-
dere pressi, peccata sua postea cognosce-
tes, atq; dolentes: cum iā probe & plene (vt
debet) ea in aurē confessori dixerint: & se co-
Q iij



Homilia,

ps. 85.

ram eo accusauerunt: se hoc fecisse nimium
lætantur, & velut qui sarcinam aliquam ni-
miam grauē a se reiecerūt, leues se esse cen-
sent. Dulcissimum enim est cum præterita
miseriæ memineras, agnoscere te esse iā ab
illa ereptum. Nam (vt quidam ait) dulce lo-
qui miseris veteresq; reuoluere q̄st̄. Hanc
lætitiā Dauid alibi petebar: dicens. Mi-
serere mei domine quoniam ad te clamaui
tota die: lætifica animam serui tui. Postquā
petierat misericordiam: de misericordiā im-
petrata lætificari se petit. Et hoc est quod
nūc ait. Redde mihi lætitiā salutaris tui.
Verū quia homo inconstans est, & nisi deo
autore persistere nequit: ne post adeptam
hanc tam suauem lætitiā, iterum in pecca-
ta relapsus, eam amittat: petit huius lætitię
confirmationem: dicens. Et spiritu princi-
pali confirma me. Infelicissimum quidem
omnium agenus (vt quidam ait) est fuisse
foelicem. Acerbior multo est tristitia quę lę-
titiā sequitur, quam quæuis aliaquæ alte-
ri succedit tristitię: quoniā qui malis assue-
tus est, minus eo sentit: & facilius sustinet.
Nam sicut bonorum assiduitas illa vilescere
facit: ita malorū frequēs patiētia, ea tole-
rabillora reddit. Quo fit, vt tristitia quę lę-
titię succedit: multo amarior putetur. Pro-
ter qđ Dauid petit: vt semel reddita lætitiā

Decima octaua. Fo. 124.

nō auferatur: dicēs. Et spū principali cōfir-
ma me. Ac si diceret. Firmū & in bono ppo-
sito stabilē me fac. Agnosco meā inconstan-
tia: eam iā exptus sum: scio hominē esse tā-
quā foliū qđ a vento rapitur. Vento, demo-
nis tētationem sępissime in scriptura sacra
significat. Tot ergo ventorum flatibus mēs
humana mouetur, quot tētationes patitur.
Ab vna parte flante ira, turbatur. Quod si
ex aduerso spirauerit inepta lætitiā: dissolui-
tur. Ex alia parte spirat auaritiā: & ad appe-
titū terrenorū rapitū. Aliquando prospera
cum in altum subleuant: aduersa iterum ad
infima deiciunt. Tam instabilis est, vt nisi
tenente deo, ad omnem venti flatum tan-
quam folium moueatur. Ego enim (Dauid
dicere posset) in me ipso expertus sum, quo-
niam aliquando me stare putabam, & ceci-
di: me quietum & firmum credebant, & ra-
men pedes mei moti sunt. Ipsa ergo experi-
entia me docuit: qđ hominis quamlibet iusti-
gloria, sit tanquam flos agri. Multa sunt pi-
culi quibus flos obicitur, vt pereat. Vento
rapitur: frigore virit: calore & siccitate are-
scit. Ecce qualis est gloria nostra: qui tanquā
flos agri: quoniam tot periculis subiecti su-
mus, quot subiectus est flos. Quod si gloria
nostra est tanquam flos agri: qualis putas
erit nostra ingnomia? Nō possumus ergo

Exa. 40



Homilia.

diu stare nisi deus supponat manū suā. Ipsa
firmitas & persistētia in bono æque dei do
num est. sicut boni operis initiū. Nā nō mi
nus seruant deo decimas quā primitiæ. Sic
enim in Leuitico ait dñs. Oēs decimæ terræ
siue de frugibus siue de pomis arborū dñi
sunt & illi sanctificent. Et iterū. Quicquid
decimū uenerit sanctificabit dño. Numero
denario, perseverantia ī bono significat: quā
oīs numerus in denario cōsumat. Antiqui
enim per digitos supputare consueuerunt:
digiti aut vtriusq; manus non ultra decem
sunt. Si ultra decē est cōputandū, eosdē di
gitos repetere oportebit. Totius ergo nu
meri plenitudinem denarius in se continet.
Dum ergo dñs primitias & decimas sibi ser
uauerit, mystice nos docuit, boni operis per
seuerantiā ab ipso deo esse, sicut eiusdē bo
ni operis initiū. Sicut enim sufficientia ad
bonū aliquod cogitandū, non ex nobis sed
ex deo est: ita etiā diuinæ dispositionis est,
non electionis humanæ: ut bono vel malo si
ne vita nostra terminet. Vtrumq; horū Da
uid confessus est. Ipse enim initiū boni ope
ris tribuit deo, dicens. Mīa eius præueniet
me. Et mīa se egere ut perseueret, in alio quo
dā psalmo testatus est: sic inquit. Mīa tua
subsequet me: oīb; diebus vitæ meæ. Et quā
hoc Dauid agnoscebat: ideo nunc ait. Et spī

Leui. 27

2. co. 13.

ps. 58

ps. 22.

Decimoctaua.

Fo. 125.

ritu principali confirma me. Vel (vt Hiero
nymus transfudit) spiritu potenti: quo innui
tur: opus esse magnæ potentiæ aliquē in bo
no sic firmare: ut deinceps immobilis persistat
Nos ergo quos deus post transactos. qua
dragesimæ luctus, post penitentię dolores
post ciborū abstinentiā, post orōnes, post
multas vigiliās, ad resurrectionis dñice læti
tiam pducere dignatus est, ne hac tam salu
tari lætitiā peccatis nostris exigentib; pri
uemur: deū orare debemus, & cum rege Da
uid dicere, Spiritu principali confirma me.
Sūt enī multi inimici crucis Christi, qui de
Christi noīe inaniter gloriant: christianos
se dicentes cum nihil minus sint: qui toto tē
pore quadragesimali p die resurrectiōis sus
pirant, non ut spīritu Christo resurgenti cō
gratulent: sed ut gaudeant cū mundo ad so
nitū tympani: & in bonis huius mūdi ducāt
dies suos. O peruersus tēporis abusus. Ter
minus honorū operū facta est istis: resurre
ctio saluatoris: quasi dño resurgente, liceat
illis quicquid libuerit agere. Qd factum est
ad vitā: isti uertūt in mortē: a resurrectione
q̄ fuit n̄ræ vitæ initiū, isti peccatores sumūt
initiū mortis. Ex hoc enim tpe, ad vomitū
velut canes reuertunt. Tunc enim comessa
tiones & ebrietates quæ iam antiquitatē
erant renouant: uelut uentilatorū luxur reuo
Q v



Homila, *in*

atur: impudentiæ repetitur: concupiscētia
hacten⁹ refrenata tunc disfoluitur: vt laxa
tis habenis per vitia quæq; discurrat. O in
sensati & stulti, iā aliquādo sapite: audite at
que attendite, vt virtutem resurrectionis
dominicæ quam non intelligitis, vel Paulo
docēte intelligatis. Mortu⁹ est (inquit ille)
ppter delicta nostra; resurrexit, ppter iustifi
cationem nostram. Vt nos confirmaret in fi
de qua iustificamur, resurrexit: nō vt a vera
& viua fide deiceret. Vt nos iustos effice
ret, surrexit, non peccatores. Vt nos ad vi
tā repararet resurrexit: non vt portas mor
tis nobis aperiret. Hi aut̄ insensati puerse
agētes (tanq̄ si Christi resurrectio sit mortis
porta) qui ante resurrectionē viuebant vel
(vt verius dixerim) viuere apparebant: ita
tim Christo resurgente, se in mortē peccan
tes, iniiciunt. Non sic impij non sic, sed qui
hucusq; planxistis pctā vestra, nunc iam de
remissione lætamini. Qui hucusq; doluistis
cū Christo, nūc lætamini in dño: & exulta
te iusti. Qui mortui estis peccatis vestris,
cū illo estis crucifixi: nunc cū illo ēt sic resur
gite tanq̄ nō iterū morituri: qm̄ Ch̄s resur
gens ex mortuis, iā nō mori, mors illi vltra
nō dñabitur. Sic etiā vos a pctis vestris sur
gite: vt non vltra in ea labamini. Sed quia
hoc vīa virtute prestare non sufficitis, diu

ps. 31.

Ro. 6.

Decimanona. Fo. 126.

nū implorare auxiliū: & dicit. Spū princī
pali confirma me. Magna est dñe fragilitas
mea, & tot hostib⁹ a quib⁹ vallat⁹ sum: resi
stere nō possum: tu ergo dñe adiuua me: po
ne me iuxta te & cuiusuis man⁹ pugnet cō
tra me. Si. n. tu mihi fueris adiutor, nō time
bo qd faciat mihi homo. Parū dixi qm̄ & si
cōsistat aduersum me oim demonū castra
nō timebo. Magna etiam dñe deus est gra
uitas corruptionis meæ, q̄ tanto me pōdere
pmit: vt semp in malū pnus sim; semper me
ad infima appetēda incuruet: nec solū incur
uat, sed deicit. Tu ergo benignissime dñe
suppone manum tuam vt non cadā, & si ce
siderim non collidar: quia iustus etiā cū ce
siderit non colliditur, eo q̄ tu supponis ma
nū tuam. Agnosco etiam mobilitatem meā,
quia quocūq; tentationis vento fiante, do
mus meæ cōscientiæ euertitur: eo q̄ nullā
a se habet fundamentū quo firmetur. Tu er
go clementissime domine funda me supra
te ipsum, qui vera es petra: vt sic fundat⁹ su
pra firmissimam petram immobilis perse
uerem: ita vt prospera non me subleuent,
nec aduersa deiciant: ita vt neque tribula
tio, neque angustia, neque fames, neque nu
ditas, neque principat⁹, neque potestates,
neque mors, neque denique vita, me possit
a charitate quæ est in Christo Iesu separa

Job. 17.

ps. 117.

ps. 26.

ps. 36.

ps. 117.

Ro. 8.



Homilia

re. Sicque fiet, vt iugiter permaneat in letitia salutaris tui. In presentiarum per gratiam & in posterum per gloriam quam nobis prestare dignetur Iesus Christus filius tuus qui tecum & cum spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Homilia decimanona.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

DEus cum sit summe bonus & totius bonitatis nunquam exhausta fontalis plenitudo: totam terram suam bonitate irrigare cupiens, cum spiritu sancto suum alicui tribuit non illius solum cui tribuit prospicit vtilitatis: sed aliorum etiam multorum comodis consultat: quibus illum per spiritum sanctum suum prodesse cupit. Paulus enim cum diuisiones gratiarum enumerat easque omnes ab vno spiritu sancto perficisci testatur, ait. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Ad vtilitatem vtriusque eius cui datur, & aliorum: quia & sibi & alijs ex accepto spiritu prodest: dum vitam suam bene gubernans, exemplum bonae conuersationis ostendit: ad cuius imitationem sapientissime vitam suam alij instituunt: aut voce predicat, vt suo sermone edocti alij viam veritatis quam antea ignorabant, agnoscant. Nam alij per spiritum datur sermo sapientiae in eodem spiritu. Sapientia ad vi-

I, co, 12.

I, co, 12.

Decimanona.

Fo. 127.

tam: scientia vero pertinet ad doctrinam: quae sine scientia nemo bene docere potest, nec debet. Qui ergo bene viuit: & prudenter praedicat: hic sapientiae & scientiae donum accipit. David ergo qui se spiritu principali confirmari petiit, ne forte tanquam inutilis reprobus haberetur, & spiritu sancto indignus vt pote qui in nihilo alijs ad salutem animae prodesse posset, nunc quam vtilitatem spiritu recepto possit prestare ostendit: dicens. Docebo iniquos vias tuas & impij ad te conuertentur. Iniquos se docturum spondet, non iustos: quoniam iusti nouerunt vias domini. Quare in re summum praedicatorum & omnium praedicatorum magistrum imitatur qui dixit. Non veni vocare Mat. 9. re iustos: sed peccatores ad poenitentiam: quia (vt ait ille) non est opus bene valentibus medicis: sed male habentibus. Ideo saepe cum publicanis & peccatoribus, quos medico egere sciebat, conuersabatur, cum illis comedens & bibens: vt inter ipsas epulas, occasione oblata illos doceret. Sed quid se docturum David spodeat, audiamus. Docebo (inquit) iniquos vias tuas. Doce ergo nos vias domini, & dic quae & quales illae sint. Vniuersae viae domini (inquit ps. 24. ille) misericordia & veritas. Cum viae domini sint tam multae vt sint incomprehensibiles: mirum est quae breui conpendio eas omnes David concluderit: dicens. Vniuersae viae domini misericordia & veritas. Vias domini



Homilia,

Esa. 55.
Iob. 40.

actiones eius accipimus, de quib⁹ ipsemet ait, Nō enim sunt viæ meæ sicut viæ vestre. Et istæ sunt viæ illæ: quarū oīm behemothi principiū esse dī: quia cū de⁹ cuncta ex nihilo condidit, luciferū priorē oībus fecit. Quis ergo oēs has vias, hoc est, oīa opa dei enarrare sufficiat? Sed cum ad illas oēs numerandas David se imparē agnosceret, intra angustiū quēdam altieū eas oēs circumspexit, dicens. Vniuersæ viæ dñi mīa & veritas: quia in oībus suis operibus deus suam mīam, simul & suam veritatē effudit. Mīam quidē: quia illa ex nihilo condidit, Veritatē quia omnia sub integritate diiudicat. Possum⁹ etiā hoc aliter interpretari: sic vt vias dei non creaturas ipsas, sed aduentum eius in mundum intelligamus. Omnis autem illius in mundum visibilis aduentus, duplex solum esse creditur. Primus, cum carnē suscepit. Secundus est, cum veniet omnes iudicare: & dare unicuique iuxta opera sua. In primo ostendit suam misericordiam, quia incarnatus ostendit viscera misericordiae suae in quibus visitauit nos oriens ex alto. Deinde viuens ostendit suam misericordiam: cū ignorantēs docuit: cæcos illuminauit: surdos fecit audire: mutos loqui: paralyticos consolidauit: mortuos suscitauit: & (quod his omnibus maius est) peccatores ad pœnitentiam

Luc. 1.

Decimanona. Fo. 128.

tiam conuertit. Denique ineffabiles & in exhaustos misericordiae suae thesauros aperuit, cum pro inimicis suis mori dignatus est vt eos saluos faceret & patri suo reconciliaret. Hoc enim supremæ misericordiae opus fuit. Vix enim (vt ait Apostolus) pro iusto quis moritur. Nam pro bono forsitan, quis audeat mori. Commendat autem charitatem suam deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores essemus, secundum tēpus Christus pro nobis mortuus est. Toto ergo primo aduentu, deus misericordiam suam exercuit: & exercet: & exercebit: quousq; ad iudicium reuertatur, in quo faciet iustitiam, bonos præmio donans: malos dignis ultionibus puniens. Non enim tunc iam tempus vlli ad pœnitentiam indulgebūt: nō alio quem vltra expectabit. Nulle iam lachrymę alicui ad salutē proderunt: sed qualē quęq; tunc inuenerit, talem illum iudicabit. Nulle tunc (vt sapiens ait) proderunt diuitiæ: quoniam iudex incorruptus est, qui nullis muneribus flecti potest. Ille aduentus tōt⁹ in iustitia exercenda expendetur: sicut primus in misericordia. Cum autem nullus sit dei alius visibilis aduentus, præter hos duos: quorum vnus ad iustitiam: alius ad misericordiam pertinet: merito David ait. Vniuersæ viæ domini misericordia & veritas.

Rom. 5.

Pro. 10.



Homilia,

Audiuimus iam Dauid docentem nos vias
dñi quæ sint: exigamus ab eo: vt nos doceat
quales sint: vt satis promissioni suæ faciat:
qua dixit. Docebo iniquos vias tuas. Viæ
dñi rectæ sunt: quia sine errore vllò nos du-
cunt ad vitã. Nam propter hoc in alio quo-
dam psalmo Dauid appellat eas vias vitæ.
ps. 15. Notas mihi (inquit ille) fecisti vios vitæ. No-
tas nobis dñs fecit vias vitæ: cū nos docuit
iustitiã & miã, quib⁹ puenimus ad vitam
Sūt etiã pulchræ sine vlla forde, & sine vlla
macula, qm̄ docent mūditiã. Et propter hãc
causam Dauid alibi ait. Deus meus impo-
ps. 17. luita via eius. In virtute siquidẽ nulla potest
esse immunditiã: alioquin virtus nõ esset. Sūt
etiã planæ sine difficultate: quia donat sua
uitatẽ. Iugũ em̄ eius suauis est: & on⁹ ei⁹ le-
Mat. 11. ue. Quãquã enim ipsa virtutũ initia dura,
& aspera videant: progressus tñ suauis sunt
Propter qđ suspitio mihi nõ parua oboritur
Dauid tunc viã virtutis incepisse, qm̄ dixit.
ps. 99. Propter verbalaborũ tuorũ, ego custodiui
vias duras. Duræ tunc videbant: quia solũ
in limine erat: sola initia nouerat: qm̄ post⁹
ps. 118. ea cum iam p̄ficiet: dicebat. Viã manda-
torũ tuorũ cucurri: cū dilatasti cor meũ. Cū
dilatasti: (inquit), hoc est, cum me charitatẽ
affecisti, quæ mentis est latitudo. Tunc em̄
charitate leuigãte viarũ difficultatẽ, viã mā-
datorum

Decimanona.

Fo. 129.

datorũ tuorũ cucurri. Non enim posset viã
currere, si cor eius arctaretur peccatorũ an-
gustijs. Hæ sunt vię dñi, per quas & ipse ve-
nit ad nos: & nos ducit ad ipsum. Qm̄ oēs q
ad deum accedūt: aut illos deus amore ad se
allicit, aut timore venire compellit, hos per
viam miã illos p viã iustitiæ ducit. Verũ hiẽ
admonendũ censui: vt videat quisq; quan-
tũ sit hoc docẽdum, ad quod exequen-
dũ, null⁹ qui peccatis infectus fuerit, dign⁹
habet. Nã Dauid vt doceat vias dñi, peccã-
ta prius sibi remitti petit: triplicẽ spm̄ postu-
lat, videlicet spm̄ rectũ, spiritum sanctum,
spm̄ principalẽ. Spm̄ rectũ petit: qui recta
via incedere doceat. Spm̄ sanctũ, vt audito-
res sanctos & dei amore ardẽtes faciat Spm̄
principalem postulat, sine (vt Hieronymus
translulit) potentẽ: vt aduersus omnes ren-
tationum incursum constantem & infractum
temp habeat animũ: ita vt nec minis terreat
nec munerib⁹ flectatur, nec desiciat aduer-
sis, nec vllis honorib⁹ efferatur, aut insole-
cat. Nã hæ sunt duæ validissimæ machinæ
quibus prædicatores oppugnãtur semper,
expugnantur sæpe, blanditiæ, scilicet & terrores.
Hi timore concutiunt animũ, illæ spe inua-
dunt. Hi magnitudine afflictionũ mentem
absorbent, & in despatiois barathrũ iniiciunt.
Ille falsa quadã dulcedine, male securo suo



Homilia

reddunt: quos facilius interficere possint.
Aduersus vtranzq; machinam spiritum sanctum adesse oportet, qui prædicatorem docens, sic illum in bono confirmet & constantem reddat, vt nec minis terreatur: nec honoribus aut alijs blanditijs quibuscunq; insolescat: quo minus officium prædicationis sibi commissum exequatur. Eget etiam prædicator spiritu recto & spiritu sancto: vt auditores suos & rectos & sanctos facere possit. Nemo enim dat quod ipse non habet: Quo fit vt qui prædicatoris nomine gaudet & officium prædicationis vsurpat: quoniam alios docere habet, ipse prior sit doctus, & quia peccatores ad penitentiam conuertere satagit: ipse prius peccatorum suorum poeniteat: oportet. Si alios mundare debet necesse est vt prius ipse mundetur. Non est enim possibile, vt qui immundus est totus, alium mundare valeat. Si alios in dei amore feruidos & ardentes facere cupit, opus est vt in se ignem celestem habeat, qui auditores feruet et faciat. Nam qui fieri potest, vt qui frigidus est, aut tepidus alios calefaciat? Quemadmodum si ad carbonem extinctos adiungas alios similes carbonem, nunquam accendentur: accendentur autem facile, si ad ignem approximes. Sic etiam qui ad sceleratum & malæ vitæ prædicatorem tanquam ad carbonem extinctum

Decimanona. Fo. 150.

accedit, ab eo nunquam accendetur. Propter quod e contrario de Christo summo prædicatore, omniumq; prædicatorum magistro, dicitur, Ignis a facie eius exarsit, carbonem extincti sunt ab eo. Per carbonem significatur peccatores, aqua malæ cupiditatis extincti. Huiusmodi carbonibus facies illorum comparauit Hieremias, dicens, Denigrata est super carbonem facies eorum, Sed adueniens Christus, hos succedit igne spiritus sancti, quo repletus erat. Hoc in Petro experiri licet quod quoniam frigidus erat, non potuit voce sua mulierculam vnam amore dei ardentem facere: immo potius contra mulierculam vox tanquam vetus aquilo ad aures Petri pueniens, mentem illius gelidam fecit. At postquam celestis ille ignis de celo veniens, cor eius & linguam inflammauit: continuo predicare cepit: & voce sua fere tria hominum millia in dei amore accendit. Esaias etiam quoniam labia habebat immunda (vt ipsemet gemens & dolens fatetur) Esai. 6. purificatione habuit opus antequam ad prædicandum mitteretur: propter quod mittitur vnus de seraphim, qui tollit carbonem ignis ab altari, & tangit labia ipsius & linguam, & purgat eam: eaque purgata statim mittitur ad loquendum. Quamdiu habuit labia immunda, non iniungitur illi prædicationis officium. Mundantur labia ipsius & continuo post,

Ps. 17.

Th. 4.

Esa. 6.



Homilia.

dignus habitus est cui prædicatio mandari
debeat. Ex quibus colligimus, eum qui ali
quibus peccatorum sordibus sordatus est, in
dignum esse ad prædicationis officium. Nam
sua mala vita multum derogat doctrinæ quæ
prædicat. Eadem enim agit quæ damnat: quo
facto ansam suspicionis non paruam audito
ribus præbet, vera non esse quæ ab illo fue
runt edocti. Ad quod, hoc argumento mo
uetur: quod videlicet non est vero simile
aliquem ita desipuisse, ut alijs bene consulat,
sibi autem male. Si bona sunt quæ docet,
cur non ea facit? Si bona sunt quæ facit: cur
non ea docet? Itaque quocumque se vertat, ma
lus esse conuincitur aut male viuens, aut ma
le docens. Sed quia magis semper homines
oculis, quam auribus credunt: hinc est quæ ma
le viuentis doctrina quolibet bona, contem
nitur. Alio qui si non magis crederetur vitæ
quam verbis: nunquam nos Christus admo
nuisset, facere quæ dixerint nobis scribæ su
per cathedram sedentes: & ab eorum operi
bus abstinere, Quia vero Christus seruator
noster animaduertit longum iter esse per præ
cepta: breue & efficax per exempla: ideo nos
admonere dignum ducit, ut quæcumque dixe
rint nobis faceremus: secundum autem opera
eorum qui nos docent, facere cōtineremur.
Plato & Aristoteles & omnis in diuersum

Mat. 23.

Decimanona. Fo. 131.

itura sapientiam turba: plus ex moribus quæ
ex verbis Socratis traxit. Plus etiã aposto
li & Christi discipuli, ex eius exemplis & fa
ctis, nunquam satis laudatis, hauserunt: quæ
ex illius verbis quolibet igitur. Propter quod
Christo qui suorum discipulorum profectum
ambiebat, prima cura fuit facere, huic proxi
ma, docere. Cuius enim vita despicitur: res
stat ut eius prædicatio contemnatur. Nam
qui male viuunt, nisi effrons ille sit, non aude
bit alios de vita mala reprehendere: ne dica
tur illi quod Paulus ait, In quo enim iudicas
alterum, te ipsum cōdemnas. Et iterum ait,
Qui ergo alium doces, te ipsum non doces?
Qui prædicas non furandum furaris? Qui
dicis non mechandum, mecharis? Propter
quod gentilis quidem sapiens dixit,
Turpe est doctori cum culpa redarguitipsum
Et poeta quidam ait,
Loricpidem rectus irrideat, ethiopem albus
In cuius signum Christus redemptor noster
iudæis accusantibus adulteram, dixit. Qui
sine peccato est vestrum, primus in illam la
pidem mittat. Quibus verbis, innuit eum qui
peccatis imbutus est, non esse talē qui alios
merito reprehendere possit. Lapidem enim
contra alium mittit qui illum de peccato re
prehendit: sed hos lapides nullus nisi qui li
ber est a peccato mittere permittitur. Ex his

Rom. 2.

Cato.
Iuena.

Ioan. 8.



Homilia

ergo omnib⁹ colligim⁹, cum qui lōge alitea
ad docet & prädicat in hominum conspectu
viuit, grauit^r peccare: eo quod mala vita
interueniēte, doctrina quæ probanda erat,
despicitur. At non ita cenfeo de prædicato
re cuius malitia latet: Is enim prædicans
sicut nullo æterno præmio obuiam predica
tionē dignus est, ita nec pœna æterna quo
niam peccatum suū cū lateat, nulla ex par
te doctrinæ nocet, quo minus vera esse cre
datur. Dauid autem non content⁹ declina
re a malo, sed etiam bonum facere cupiens,
spiritum sanctum & principale primo pe
tiit: deinde se docturum vias domini spon
det: dicens, Docebo iniquos vias tuas. Sed
quid utilitatis ex hac doctrina sequatur au
diam⁹. Et impij (inquit) ad te cōuertentur.
Doctrina siquidē salutaris hoc habet, q̄ pec
catores ad pœnitentiā cōuertit. Verba mea
quasi ignis ardēs dicit domin⁹: & quasi mal
leus conterēs petras. Nō hoc facit philoso
phorum omnium doctrina: quoniā & si vir
tutes aliquas doceant, non tamē omnes: im
mo ex eis maximas ignorarunt, fidē namq̄
& spem, & charitatem ignorauerūt: qua pro
pter nunquam philosophorum doctrina do
cuit deum cognoscere, & ad illum conuerti.
De his dicitur apud virum sapientem. La
Eccl. 10, bor stultorum affūget eos: qui nesciunt ire

Hier. 23.

Decima nona. Fo. 132.

in ciuitatē. Pro veritatis inquisitione impē
se laborauerunt: sed quia nō habuerūt ducē
itineris, & humana inuestigatione arbitras
ti sunt se posse comprehendere sapientiam
errauerunt in iniquo, & viam ciuitatis ha
hitaculi non inuenerunt. Meli⁹ ergo est do
cere vias dñi: quā oēs philosophorū vias &
quam oēs mūdi sciētias. Magna quippe vti
litas, qua maior vlla esse non potest: peccas
torū. s. ad deum conuersio, per quā seruorū
dei numerus augetur & angelis in cœlo exi
stentibus magnū accrescit gaudium. Quan
ta sit hæc utilitas vel ex eo consici potest: q̄
ob nullā aliam rem deus de cœlo in hunc mū
dum descendit, quam vt peccatores ad pœ
nitentiā vocaret: magnum se lucrum factu
rum existimans: si eos ad pœnitentiā conuer
teret. Merito ergo Dauid vt deo misericordi
diā persuadeat, hac tam magna & opulenta
utilitate argumentatur: dicens, Docebo in
quos vias tuas: & impij ad te cōuertentur.
Quot quot a via veritatis errauerunt, vias
domini ignorauerunt. Hoc enim testantur
omnes qui inferno sunt: dicentes. Lassati su
mus in via iniquitatis & perditionis: ambu
lauimus vias difficiles: viam autem domini
ignorauimus. Vias difficiles ambulant pec
catores: quā multis se exponunt periculis,
multos sustinēt labores: vt delitiis fruātur.

ps. 16.

Sapi. 5.



Homilia

De avaro quidam pulchre dixit.
Impiger extremos currit mercator ad indos
Per mare pauperiē fugiens, p saxa pignes.
Quid nō facit supbus honores ambiēs: quā
ta patitur hypocrita ppter solā vulgi inutilē
opinione quā d se bonā habere cupit: Qui
carnis illecebris seruit, nullū non mouet la
pidē, vt ad optatū pueniat finē. Deniq; oēs
peccatores: vt inique agant, laborāt. Sunt
etiā præter labores, difficultates aliæ nō p
uā, in oib; peccatorū vijs. Sunt em̄ viæ illo
rum tenebrosæ: Salomōe dicēte. Via impio
rū tenebrosa, nesciunt vbi cor ruant. Quā
ta aut sit hæc difficultas illi soli norunt, q no
ctu absq; vlla stellarū luce aliqñ ambulauer
unt. Sunt viæ illæ lubricæ: quia pedes non
continent: nam ex vno peccato venitur ad
alterum: & ex hoc iterum ad aliud. Propter
qđ Dauid peccatoribus prophetās ait. Fiāt
viæ illorum tenebræ & lubricū. Et vt nihil
difficultatis desit peccatorū vijs: sunt lapidi
bus viæ illorū complantatæ: vt sapiens ait.
Via peccantiū (inquit) cōplantata lapidib;
& in fine illorū inferi, & tenebræ & pœnæ.
Finē difficillimū adiūxit, quo vias peccato
rū a vijs dei discerneret. Nā cū initia harū
sint aspera, media sunt plana & suauia, finis
vero suauissimus. Cū ergo tot tantæq; sint
difficultates in vijs peccatorū, merito illi q

Pro. 4.

Ps. 54.

Eccle. 21

Decimanona, Fo. 133.

in inferno sunt, dicunt se cum hic viuerent
vias difficiles ambulasse. Si autem quærat
aliquis, cur per has viarum aspredines per
gere placuit: Viam (inquiunt) dñi ignorau
mus. Causa em̄ quare aliqui i peccatis suis
perstunt, nullā prorsus suæ cōscientiæ aut
vitæ futuræ rōnē habētes est: quia dei vias
ignorant. Quidā nāq; iustitiā dei agnosce
ntes, illi miam ignorāt. Alj rursum sic miam
agnoscūt, vt iustitiā dei prorsus ignorent.
Quacūq; illarū ignorata, necessarium est a
vera & recta via declinare: & per vias pecca
torū difficiles ambulare. Sūt em̄ quidā qui
sciunt deū esse iustū, nesciunt tñ illū esse mi
sericordē. Tales fuerunt Cain & Iudas pdi
tor. Tales sunt oēs qui de dei mīa diffidunt
Propter qđ errauerunt, & veniā peccatorū
non inuenerūt. Sunt etiā alij qui dei miam
agnoscentes, iustitiā illius nesciunt: tñ diui
næ miæ credunt. vt nullā putent futurā ius
titiā: nullā peccatorū punitionē. Maxima
peccantiū portio ob ignorantiam huius viæ
declinat a via recta. Pauci sūt qui de diuina
mīa diffidunt: at multi qui iustitiæ illius obli
uiscunt. Qui vtrāq; viā oprime noscit, erras
re non poterit. Qui bene noscit dei miam si
mal & illius iustitiā, statim ad dñm cōuerte
tur: illum sequef: post illum ibit, illiq; semp
adhærebit. Hæc sūt illa præciosissima spōsi



Homilia.

Can. I.

vnguēta, quorum odor spōsam ad se trahit & post illum currere facit: dicens. Currem⁹ (inquiūt adoleſcētulæ) in odorem vnguētorum tuorum. Vnguēta hæc sunt misericordia dei & iustitia illius. His vnguētis: de⁹ omnes peccatores vngit: & illorum peccatis medetur. Odor horum vnguētorum est fama diuinæ misericordiæ illiusque iustitiæ. A deo namque sparsus est odor horum vnguētorum: vt tota militantis ecclēsiæ domus ex hoc odore impleta sit. Fracto namq; alabastro sui corporis in passione, tunc effusum est vngētum tale: quod solum nostrorum peccatorum vulnera sanare sufficit.

Ibi effusa est misericordia, deo pro inimicis moriente. Ibi effusa est iustitia, debita nostra nobis remittens: quia non gratis ea remisit, sed precio sanguinis Christi prius soluto. Quæ enim Christus non rapuit, tunc pro nobis soluit. Horum vnguētorū odor est suauissimus. In odorem horum vnguētorum currunt omnes quotquot ad deum veniunt. In odorem misericordiæ diuinæ venit Chananea, miserationem dei expectans. In odorem misericordiæ simul & iustitiæ, venit Magdalena: & stans retro secus pedes domini lachrymis rigat pedes eius: & capillis tergit. In odorem horum vnguētorum Petrus fiet amare, sperans sui peccati

Mat. 15.

Luc. 7.

Luc. 22.

Decima nona. Fo. 134.

veniam. Si horum vnguētorum odorem nō percepisset latro in cruce, non dixisset Christo. Memento mei dum veneris in regnum tuum. Quia vero diuinæ misericordiæ odorem suauissimum perceperat: ideo velocissime post eam cucurrit. Est enim adeo suavis odor horum vnguētorum, vt omnes ad se trahat. Cum exaltatus (inquit) fuero a terra, omnia traham ad meipsum. Qui ergo non trahitur, aut post Christum non currit: conuincitur non sentire odoris fragrantiam. Qui per vias difficiles ambulat, conuincitur ignorare vias domini. Quoniam si harum viarum virtutem bene agnosceret, fieri non posset quin per illas ad deum conuerteretur: quoniam (vt diximus) Pulchræ sunt sine forde, planæ sine difficultate. Et quia has domini vias ignorat, hinc est quod nunquam ad requiem dei & habitaculum illius perueniunt. Sic enim ipse deus iuramento hanc sententiam confirmat, dicens. Isti ps. 94. non cognouerunt vias meas: quibus iuravi in ira mea si introibūt in requiem meam. Iurasse se dicit vt ostendat sententiæ firmitatem. Cum ergo auersionis a deo, causa sit ignorantia viarum dei: consequens est vt notitia earū de viarū, cōuersionē ad deū causet. Magnū ergo est quod Dauid se facturū promittit: dicens, Docebo iniquos &c. Docebo

Ioan. 12.

ps. 94.



Homilia,

(inquā) alios quā bonus sis & quam suavis oib⁹ inuocātibus te: quā iustus in oib⁹ viis tuis. Rarus forte inuenietur qui melius me hoc facere possit: quā ego tanquā expertus melius docere potero. Expertes rerū male de illis loquunt: contra vero experti. Nam per varios vsus artē experientia fecit. Propter quod in figura, tubæ ad quarū clangorē castra Israel moueri debebant, argenteæ & ductiles esse iubent. Tubæ istæ prædicatores designant: qui auditores ad bellū contra vitia sumendum cōmonēt. Istæ tubæ argenteæ esse debēt propter doctrinæ claritatē. Eloquia em̄ dñi, eloquia casta, argentum igne examinatum. Qd autē ductiles esse iubent, significat oportere prædicatōrē prius tribulationibus percuti, vt melius mundi malitiā, experientia docente, explicare valeat. Nā melius ductiles quā fusiles tubæ sonant. Ideo ergo ait Dauid. Docebo iniquos vias tuas. Ego quidē melius docere potero quippe qui sciam deuitia a quibus abstinere oportet. Docebo iniquos vt cum peccauerint, non deiciant animū nūquā de tua bonitate & mīa diffidāt: & vt hoc melius intelligant, me ipsum in exemplū illis proponā: peccata mea non excusabo, sed accusabo: peccatorū me orū grauitate bene pēsata dicā, q̄ cū dignus morte essem, tu tñ noluisti

Num. 10.

ps. 11.

Vigesima. Fo. 135.

mortē meā, sed mihi magis pepercisti: vitā ad pœnitentiā indulxisti. Dicā quā suauiter me tractaueris, me iterū receperis, gratiam donaueris: qualiter me læto vultu tanquam seruum gratiam respicias, bona amissa restitueris, spm̄ prophetiæ reddideris. Enarrabo deniq; oīa q̄ a te recepero. Quo fiet: vt multi hoc bonitatis tuæ rumore sparsō, ad te conuertantur. Non est equum dñe, vt multos propter meā punitionē amittas. Meli⁹ est, vt multos simul mecū lucreris: lucra beris autē, si mihi peccata remittas. Nā si hoc feceris, hanc largissimā tuā erga me bñficentiā alijs enarrabo, vt sciant vias tuas, & per eas deinceps ambulare satagant: vt ad ciuitatē veri habitaculi peruenire valeant: præstante dño nostro Iesu Christo, Qui tecum & cum spiritu sancto viuūt & regnat in secula seculorum. Amen.

Homilia vigesima.

Libera me de sanguinibus, deus deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiā tuā.

Qui arborē aliquā eo q̄ infructifera sit, aut malos fruct⁹ reddat sic ex horto extirpare cupit, vt nulla in posterū fructificandi sit spes reliqua nō solū ramos eius aut truncū p̄scindit: sed radicē etiā euellerē curat. Nā (vt ait Iob) lignū habet sp̄si p̄p̄. Iob. 14.



Homilia, V

scissum fuerit rursus vire scit: & rami ei⁹ pul-
lulāt. Si senuerit radix ei⁹ in terra & in pul-
uere mortuus fuerit truncus illius, ad odo-
rem aquæ germinabit: & faciet comā quasi
cum primū plantatum est. Ois homo siue iu-
stus ille sit siue peccator, q̄si quædam arbor
censet: & tali nomine in scriptura sacra ap-
pellatur. Vtrūq; enim hoc est iustum & iu-
stum: arboris appellatione de⁹ significat:
cum per prophetā Ezechielem loquens ait
Ego dñs humiliavi lignū sublimē: & exalta-
ui lignū humile. Quo verborum schemate,
id significatū est, quod alibi ipsa met veritas
apertius expressit: dicens. Omnis qui se ex-
altat humiliabit. Salomō quoq; de vtriusq;
perpetuo habitaculo quod iuxta vitæ va-
rietatem futurum esse censet, ait. Si cecide-
rit lignum ad austrum, aut ad aquilonem,
in quocūq; loco ceciderit, ibi erit. Quilibet
enim in ea erit māsiōe perpetua post mor-
tem in quam per mortis impulsū cecide-
rit. Iustus in hora mortis suæ ad austrū cadit
peccator ad aquilonem, quia iustus per fer-
uorem spiritus decedens, ad gaudia cœli q̄
viuens semper quæsiuit ducitur: & pecca-
tor qui frigore malitiæ torpuit, eo q̄ cum
principe suo in lateribus aquilonis sedere
elegit, cum eodem principe suo in perpetuū
reprobatur. Hoc lignum quale sit ex fructi-

Eze, 14.

Luc, 14.

Eccle, II

Vigesima. Fo. 136.

bus dignoscitur: dicente ipsa summa verita-
te: quod non potest arbor mala bonos fru-
ctus facere: neq; arbor bona, malos. Et sicut **Mat. 7.**
varij sunt fructus, ita etiam variæ sunt radi-
ces: quoniam in illis, tota arboris virtus sita
est. Vtriusq; arboris radix, appetit⁹ est: bo-
næ bonus, malæ malus. Præscinduntur ali-
qui rami arboris bonæ, cum videlicet iust⁹
aliquis bona facere desinit aut mala aliqua
operatur. Sed quia radix in eo māsit, bona
scilicet voluntas, statim ad odorē aquæ spi-
ritualis, fructum bonorum operū germinat.
Cū enim de deo loqui audierit: ad memoriā
dei bonitatem reuocās, eius suauitate pau-
lulum percepta statim in amore dei accen-
ditur: mala quæ comisit deplorat: nouā vi-
tā instituit. Radix adhuc manebat: quoniā
nondum a deo omnino recessit. Huius rei
non oportet aliunde petere exemplū cū Da-
uidem regem in manibus habeamus. Is enī
peccans præscissus est a deo: nec tamen sine
vlla reuiuiscendi aut germinādi spe. Vt enī
propheta Nathan illū de peccato redarguit
mirum quomodo ad odorem illius aquæ,
doctrinæ scilicet salutatis, reuixit & germi-
nauit. Statim namq; peccatum agnouit: pro
illo immensas & perpetes lachrymas fudit
fecitq; plurimarum virtutum comam maio-
rem & pulchriorem quam cum primum plā-



Homilia.

tatum fuerat. Ad eundem etiam modum fit in arbore mala. hoc est in peccatore: cum ramos illius hoc est mala illius opera præscindere cõtingit, quã nisi radix illius euellatur, adhuc habet spem. Si senuerit radix eius in terra: & in puluere mortuus fuerit truncus illius: ad odorem aquæ germinabit. Radicẽ huius arboris malam voluntatem esse diximus. Hac radice in terra senescente multi solos ramos præscindunt: cum sic a peccatis abstinent, vt peccandi voluntatem non deserant. Male voluntatis radicem retinuisse cõvincuntur, qui ad odorem aquæ statim germinant simillima prioribus peccata. Oblata siquidem (& vtinam non quæsit) quacumq; minima occasione, ad vitia pristina redeunt: & sæpissime plura prioribus committunt. Tales sunt illi qui ex sola temporis consuetudine, ad paucos quadragesimæ dies vitia relinquunt: ad quæ, transacto statim paschate reuertuntur. Si in difuturna aliqua vitiorum abstinentia perseveret, & in bonis operibus aliquandiu perseverassent, suspicari merito posset, radicem peccati, hoc est malam voluntatem euulsam fuisse. At cum sit solubiduana, aut triduana: aut ad summũ semestris abstinentia: credi aliud nõ pot, quam gratam abscessis radicem in cordi infixam, quæ tam cito mala opera germinare cepit. Prefertim

Vigesima. Fo. 137.

fertim, q non solum germinat vnum aut alterum vitium, sed facit comam quasi cum primum plantatum fuerat, quã tanta vitiorum multitudinẽ obruitur, quanta prius premebatur. Qui ergo arbori spem fructus auferre capit, radicitus eam euellere oportet. Et hoc est qd nunc presenti versiculo Dauid petit, cũ ait. Libera me de sanguinibus deus: deus salutis meæ. Sanguinis noie, in sacra scriptura sæpissime carnis appetitũ designatur. Nam cum deus esum sanguinis phibet, causam adiungit: dicens. Vita carnis in sanguine est. Caro in scriptura sacra aliquã ipsam nudam substantiã: aliquã vitium illius significat. Substantiã significauit Adã: cũ Enã ex latere eius formatã conspiciens, dixit. Hoc nũc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Vitium carnis significauit deus: cũ dixit. Non permanebit spũs meus in hominibus istis: quia caro sunt. Quo contra, iustis dicit. Vos in carne non estis: sed in spũ. Iuxta vtrãq; significationẽ, caro vitã habet. Vita prima est in coniunctione cũ anima. Vita secunda, in exercitio vitiorũ: & carnali cõuersatione. Sicut aut in sanguine vita carnis est: sic in appetitu prauo operis, vita cõsistit carnalis cõuersationis. Funde sanguinẽ: & cõtinuo caro morietur. Tolle carnis appetitũ: & statim vita carnalis cõuersationis deerit. Si enim

Leui. 18.

Leui. 18.

Gen. 2.

Heb. 6.

Gen. 1.



Homilia.

appetitus carnis non insurgeret ad cibum & potum, nullus per gulam peccaret: quod ex eo facile conijci potest: quod cum caro fastidit cibum aut potum, cogere illam oportet: ut bibat & comedat. Carnalis itaque appetitus, quasi quidam sanguis est: in quo vita carnalis conuersationis consistit. Sanguinem comedere, est appetitui carnis consentire. Sanguinem ergo cuiuscumque animalis, siue de pecoribus, siue de auibus comedere prohibemur: quia nullius hominis quod aebet iusti, appetitus carnis bonus est: & ob hanc causam nunquam nisi ad vitæ necessitatem audiendus. Siquis vero sanguinem comederit (ait dominus) obfirmabo faciem meam contra animam illius: & disperdam eam de populo suo. Vehementer nos terruit: si ad tantum comminationis contritum surdum sumus. Quo solo graue esse crimine innuitur, quod tanta distinctione diuina iustitia contra illud succenditur. Non enim tam districte prohibetur sanguinis esus, quia ipse ex se malus sit: quia (ut Moyses huius legislator aut præco alibi ait) vidit deus cuncta quæ fecerant: & erant valde bona. Cum ergo sanguis in se bonus sit: mirum est quod deus tam seuera comminatione, a cibo non sanguinem exclusit: quæ in corpore non ex ipsa originali conditione includitur, præsertim cum vita animalis (ut ipse

Leui. 18.

Gen. 1.

Vigesima.

Fo. 138

met aut) in sanguine sit. Ex quo conuincimus aliquid latere in medullis huius literæ, quod non strasaias pascere possit. Sanguinis ergo esus qui tam districte prohibetur, significat carnis illicitam concupiscentiam, aperto consensu ore in nos metipsum transire non debere. Est adhuc quiddam aliud in sanguine quod appetitui carnis aptissime conuenit. Sanguis ad oculos defluens, actione oculorum minuit: & appetitus carnis hominis intellectum hebetat, efficitque ut superna & sublimia penetrare non valeat. Propter quod Christus seruator noster Petro Mat. 16. diuinitatem illius agnoscenti dixit, Caro & sanguis non reuelauit tibi: sed pater meus qui in coelis est. Quia (ut ait Paulus) animalis homo non percipit ea quæ dei sunt. Quia ergo carnalis appetitus, sanguis est in quo carnalis vita consistit, & unde omnia carnis vitia prodeunt, hinc est quod ipsa etiam peccata præsertim carnalia, nomine sanguinis appellantur: quia a sanguine: hoc est carnis appetitu, causata. Quæ admodum linguam dicere solemus sermonem illum, qui lingua profertur. Sicut dicimus hominem aliquem plurimas noscere linguas, & dicimus apostolos hausto celesti spiritu, pluribus linguis fuisse locutos: non quod membra illorum quibus tanquam quibusdam plectris sonos formabant, varia & in

S ij



Homilia,

ta in eorum quolibet fuisse credamus: sed quia eadē lingua diuersos vocis sonos reddere sciebant. Quo ergo locutionis tropo, sermonē ipsum dicimus linguā, quia lingua factū: eo etiā appellamus sanguinē peccatū ipsum, quod ex sanguine ortum habet. Sic accipit propheta Oseas qui cum variorum peccatorum abundantiam enarrasset, subiūxit. Sanguis sanguinem tangit. Quibus verbis insinuauit, peccatū vnum ex alio oriri. Cū ergo Dauid ait: libera me de sanguinibus: & de ipsis peccatis, & de eorū causa: & origine intelligi pōt. Ita, vt Dauid nō solum a peccatis quæ cōmiserat, sed a carnis corruptione & appetitu illo carnali (qui oim peccatorū est fomes) se liberari petat. Immortalitatē namq; & incorruptionē desiderat qui ait. Libera me de sanguinibus quia (vt ait apłs) Caro & sanguis regnū dei non possidebūt: dum scilicet erunt corruptioni obnoxia. Nā eo solo tēpore quo corruptibilia sunt, caro & sanguis appellant. Dauid ergo qui multas in se conspicit iniquitates, cum eas oēs tribuat carni & sanguini tanquā illarū oim primeuæ originis: ait. Libera me de sanguinibus. Ac si expressius dixisset. Libera me ab iniquitatibus: libera me a carnis corruptione, quæ omnīū peccatorū est fomes & origo. Nā propter hāc causam dixit plus

Ose. 4.

I. Co. 15.

Pro. 4.

Vigesima.

Fo. 159.

Eccl. 21.
rali numero de sanguinibus: vt innueret in ipso sanguine multorū peccatorū latere radicē. Propter quod interpretetiam cū sciret latine non dici sanguines, maluit minus latine dicere, quam proprietatē latini sermonis obseruans aliquod scrypture mysteriū prætermittere. Cum ergo ait. Libera me de sanguinibus, fomitem peccati profusus tolli: aut vinculo diuinæ gratiæ sic coerceri postulat: vt ab illo nō possit iam ad peccatū instigare. Facilitatem & pronitatē ad malū quo sanguis impellit, a se auferri postulat. Peccatorum radicē a se auferri petit: vt tanquam auulsæ arbori omnis peccati spes sit ablata. Sunt qui aliter hunc versum interpretentur, ad Viriæ cædem & aliorum qui hac occasione interfecti fuerunt referentes, quibus ego ob hoc solum nō assentio, quia cū facinorū illud iam patratū esset, ab illo sanguine semel infuso, liberari minime poterat, vt fusus non esset: quoniam quod semel factum est, ab oibus irrevocabile censet: perinde ac verbū semel prolatum. Quod si ad reatum ex sanguine fuso contractum referre contendunt: iam de illo fuerat a deo liberatus: neq; hoc latebat Dauidē qui prophetā Nathā sibi dicentē audierat. Dñs transtulit peccatum tuum a te. Quare magis ea mihi probatur sententia: quæ ad peccata fragilitatis humanæ & ad illorum radicē



Homilia.

cē, carnis videlicet appetitū, hanc Davidis petitionem refert. Cui sententiā cōcinit. Augustin⁹: neq; multū ab illa differt Gregori⁹. David itaq; quātū ego aestimo in hoc versu hoc petit quod Paulus se a domino petiisse fatef. Dat⁹ est mihi, inquit ille, stimul⁹ carnis meae, qui me collaphizet: propter quod ter dominum rogavi: vt auferretur a me. Stimul⁹ iste, carnis cōcupiscētia est: quae quā demone instigante accenditur ad tentationem, angelus sathanę dicitur. Ab hoc stimulo se liberari petit, qui alibi legem carnis repugnantē legi mētis describens ait. Infelix ego homo: q̄s me liberabit de corpore mortis huius? Liberari se petit: quia durū & improbum sentit incertamine laborem. Durū nimis & acerbum aestimat, perpetuam carnis rebellionem tolerare: & bellum intestinum cum inuisibili hoste incessāter gerere. Propter quod dominum qui triuus est de⁹, ter rogauit: vt illum a se auferret. Verū de⁹ qui non quod petimus, sed quod nobis petentibus expedit, concedit: non exaudivit Paulum petētem: sed ait: Sufficit tibi gratia mea: Nam virtus in infirmitate perficitur. Ac si diceret, Quid tibi expediat, ego meli⁹ te noui. Ego noui quid apposuerim: ego qui scio vnde aegrotēs: scio etiam vnde saneris. Virtus noui nisi in labore & certamine pro-

2. co. 12.

Ro. 7.

Vigesima. Fo. 140.

batur, Quae in tentatione nō succubuit, illa vera est virt⁹. Quae autē tētationē nō nouit, neq; vllū vuquā bellū gessit, nescit an vera sit virtus. Voluit ergo de⁹ hāc carnis repugnantiam vobis dare, q̄ irreconciliabile bellū cū aia gereret, vt perpetuā exercēda virtutis materiā in nobis ipsis haberem⁹. Nā qui inimicitias sustinent, cautiōres eos esse oportet, quā qui nullis offensi sunt. Et ciuitates q̄ sunt hostibus finitimae, eas bene munitas esse: & maxima cū diligētia custodiri oportet: ne forte in direptionem tradātur, & hostiū preda fiāt. Destructis Carthaginēsi bus & grecis subiectis, cū qdā in senatu dixisset res romanas iā in tuto esse, Scipionē Nasica respōdisse (Plutarchus est autor) Immo vero nūc in magno periculo sum⁹: cū nō habeamus quē timeam⁹. Ob hāc causam etiā, expugnata a filiis israel terra promissionis, semper in medio eorum mansit Iebuse⁹, qui nūquā potuit extirpari, deo ita disponente ad exercitiū filiorum israel. ne forte otio torpescerēt. Sic etiā, vt necessitas nos ad laborem & cautelam cogeret, de⁹ hostē spiritui nostro dedit: carnem videlicet nostram cuius perpetuas insidias semper timere oportet. Bene ergo de⁹ nobis prospexit, cum motus carnis spiritui repugnantes esse voluit: quā & si nobis negotium non paruum

10. 15.



Homila,

faceffunt: vtilitatem tñ magnam, fi recte cū
fulimus nobis afferunt. Nam hi carnis mor⁹
similes funt canū latratibus, qui & ū moleſti
ſint, ad cautelā tñ deferuiunt, & cuſtodiam.
Niſi em latrarent, minime ab illis cauerem⁹
quo fieret: vt morderent incautos. Latran
tes ergo moleſti ſunt: ſed dum nos ad caute
lam mouent, tolerandi. Sic etiam carnis mo
tus, & ſi moleſti: vtilis tñ ſunt: dum nos cau
tos eſſe cogunt & materiā exercende virtu
tis nobis miniſtrant. Et ob hāc cauſam, de⁹

2. co. 12. diet: qm̄ virtus (vt ait) in infirmitate perfici
tur. Hoc ergo qđ tunc Paulus petebat: nūc
Dauid petit: cum ait, Libera me de ſangu
nibus. Verum ſicut non exaudiuit Paulum
ita nec Dauidem: qm̄ neutrū voluit ocio tor
pere aut torpore deficere. Nā & ſanguis ipe
qui ſub tam ſeuera cominatione comedi p⁹
hibetur: eiſdem dei prohibētis teſtimonio
vtilis eſſe cōprobat. Nā poſtquā ſanguis

Leui. 13. nis eſum prohibuit continuo ſubiungit. Et
ego dedi illum vobis, vt ſup altare meo ex
pietis pro animab⁹ veſtris: & ſanguis, p aīe
piaculo ſit. Ecce ſanguinis vtilitatem: quo
niam illius effuſio ſit in ſalutē animarū nra⁹
rum. Sanguinem fundimus, cū a nobis oēm
carnis appetitum abiicimus, hoſtiā macta
mus, vt ſanguis exeat: cum corpus noſtrum

Vigefima.

Fo. 141.

ieiunijs, vigilijs, diſciplinis aſſigimus: vt a
nobis carnis appetitum procul reiſciamus.
Qđ ſi facimus, in animæ noſtræ ſalutem cæ
dit, & pro animæ piaculo acceptat. Sanguis
ergo qui comestus deum exacerbatur, fuſus
animam expiat, quia ſicut iniquitatis cōſen
ſus deo execrabilis eſt: ſic renunciatio placa
bilis. Sed quia difficile eſt ſemper appetitui
repugnare, difficillimum nunquam conſen
tire, ideo Dauid petit ab ei⁹ oportuniſ & ma
le ſuadentibus ſillecebris liberari: dicens, Li
bera me de ſanguinibus: deus deus ſalutis
meæ. Illa dei gemina inuocatio, impotentia
affectus indicat. Verum qđ deū ſalutis dixit,
Chriſtum ſaluatorem noſtrū a quo oēm no
ſtrā ſalutē pendere pphetico ſpiritu cognoſ
cebat, imploraſſe videtur. Nā illæ eſt noſtræ
ſalutis deus: qui pro nobis in cruce mortēs
ſalutē in medio terræ operatus eſt. Ille ver⁹ ps. 73.
medicus eſt quo totū genus humanū male
habens egebat, ille qui ſolus ſanare poterat
Ille eſt qui dat ſalutē regibus: qm̄ non ſalua
tur rex p multam virtutē: & gigas non ſalua
biſ in multitudine virtutis ſuæ. Rex eſt quis
quis bene ſeipſum & carnem ſuam regit: qui
inſurgentes carnis motus cohibet, qui aīe
pturbationes ſedat. Gigas eſt quis quis for
tis eſt, & nimia fortitudine aduerſus carnis
concupiſcentias pugnat. Sed neque rex in



Homilia,

multa virtute, neque gigas in multitudine virtutis suæ saluari potest. Fallax etiã equus ad salutem. Equi nomine, quamlibet mundanam & transitoriam felicitatẽ significauit. Nã equus dum se ipsum iactat cum a rogantia magna graditur, offendens pedibus cadit & fessorẽ suum magnocum illius periculo deicit. Et ideo fallax dicendus est: quia fessorẽ suum, vt iactabundus promittere videbatur custodire: & tueri nesciuit. Talis est omnis mundana felicitas, quæ possessoris suo nimium blandiens, illum in talem ruinam deduci, a qua nulla est resurgendi spes: quoniam in inferno nulla est redemptio. Felicitas ergo mundana fallax est ad salutem: quia eam quam dare nõ potest salutem, promittit. Si ergo in felicitate mundana non est salus, si in regis, aut gigantis multa virtute, neuter saluari potest: vbi est salus? Audi. Ecce oculi domini super timentes eum. & in eis qui sperant super misericordia eius. In domino dicit esse salutem. Sicut etiam alibi dixit. Domini est salus. Quibus autem deus impartitur salutem, expressit, esse timentes eum & sperantes in illius misericordia. Ille ergo solus est salus nostra, quoniam (vt ait Paulus) non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos: sed per suam misericordiam saluos nos fecit, per lauachrum regenerationis & reno-

Ps. 32.

Ps. 3.

Tit. 3

Vigesima. Fo. 142.

uationis spiritus sancti, quẽ effudit in nos ab unde per Iesum Christum saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secum dum spem vitæ æternæ. Ex his colligimus, vt quamuis omnis diuina persona salutem nobis præstare valeat, tamen quoniã ex filiis Christi filij dei meritis, illa nobis est data, & omnibus in posterum dabitur: solus ille inter alias diuinas personas deus salutis nostre dicatur. Pater quidẽ dat nobis salutem, cum eam dat filius: dat etiam spiritus sanctus non tamẽ pater aut spiritus sanctus pro nostra omnium salute passus est. Vna est nostræ salutis ab omnibus donatio: non tamen est eorum vna passio. Hic est, n. ille ad quẽ in alio quodam psalmo Dauid ait. Domine deus viri ps. 139. tus salutis meæ, obubrasti super caput meum in die belli. Ille enim in cruce positus scapulis suis obubravit nobis: vt æstus ardētis nostre carnalis concupiscentiæ temperaret: & nos ob hæc causam sub pennis eius sperauimus. Huius itaq; auxiliũ Dauid nunc implorat, cum ait. Libera me de sanguinibus, deus deus salutis meæ. Paulus etiã cum quæreret, quis illum a corpore mortis huius liberaret, quia nullum alium præter Christum cuius merito se posset saluum facere sciebat, continuo subiunxit. Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Huius enim meritis salui fa-

Ro. 7.



Homilia,

Hebr. 9. Si sumus: huius sanguis salutaris uenenum sanguinem nostrum purificauit. Huius sanguis, nos a peccato liberauit, huius sanguis emundauit conscientias nostras ab operibus mortuis ad seruendum deo uiuere. Et quia huius sanguinis uirtute, spiritu prophetico iam cognoscebat Dauid, a quo nostram omnem salutem pendere sciebat: ideo ait. Libera me de sanguinibus deus deus salutis mee: & exultabit lingua mea iustitiam tuam. Tuam, inquam: non meam. Quoniam si tu me a peccato liberaueris & iustum effeceris: tua erit haec iustitia, non mea. Tibi, inquam, imputabitur haec iustitia, non mihi quoniam non ego iustum me facere potuisssem, sed tu qui solus iustificas impium, me iustificasti. Tu es qui omnia opera nostra operatus es in nobis. Nihil in me laude dignum inuenio: si quid in me quod merito laudetur inueniatur: illud quidem, tuum: non meum erit. Tibi ergo a quo si quid boni in me est, profiscisceris, totum ascribam. Exultabit ergo merito lingua mea iustitiam tuam. Sed quia hoc corpus quod quotidie corruptis aggrauat animam, & terrena cogitatio deprimit intellectum ut quanta sint haec bona quae a te mihi conferri puto, minime cognoscere valeam: ideo nunc iustitiam tuam (ut decet) laudare non poteris: postea uero cum deposito hoc corpore, spiritus meus erit oculatior, & ablato pul-

Sapi. 9.

ibi.

Vigesimaprima. Fo. 145.

tere terrenarum cogitationum perspicacius agnosceret quanta feceris animae meae: tunc non solum lingua mea, sed omnia ossa mea exultando & iubilando laudabunt iustitiam tuam, quam nobis donare digneris per meritum Iesu Christi filij tui qui tecum & cum spiritu sancto uiuit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

Homilia, vigesimaprima.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.



Valia fuerit Dauidis labia post peccatum, quouere ordine disposita, ex hac illius petitione consequi facile potest, quoniam clausa labia se habere fatetur, qui illa sibi a deo appetiri postulat. Negare certe non poterat se labia clausa habere, qui peccatum suum agnoscebat: quoniam omnium peccatorum os peccato eorum obligante aut obturante, clausum esse conuincitur, per illud quod Anna prophetissa in primo regnorum libro ait. Impij in tenebris contumescunt. Sed quomodo uerum esse poterit, ut clausum sit os omnium peccatorum, cum Christus de iudeis sibi conuictibus conuenerat, dicens. A peruerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens. Et iterum. Os peccatoris & dolosi super me apertum est. Aperta quidem sunt labia peccatorum ad maledicendum, ad obsequendum, ad

re. 2.

ps. 21.



Homilia. *capitulum IV*

Mat. 12.

murmurandum, ad detrahendum: quæ clausa sunt ad orandum, ad benedicendum laudandumque deum. Illa quidem frequentissime faciunt: hæc autem rarissime. Nam qualis quisque est, talis est eius oratio. Et ex abundantia cordis (ut summa veritas ait) os loquitur. Avarus auariciam loquitur: superbus superbiâ exprimit: stultus stulta loquitur. prudens prudentiâ. Tanta est verborum cum moribus connexio, ut propter hoc (Laertio teste) Solon dixerit, orationem esse factorum simulachrum: quoniam omnis animi vis, in oratione perinde ut in speculo representatur. Raro audies hominem illecebris nimis deditum de virtute loquentem. Ex ore boni viri & virtutem amantis, vix audies verbum unum turpe & obscenum. Ex eburnea vagina raro educitur plûbeus gladius. Clausum ergo os ad dei laudem habere conuincit, ex cuius ore laus dei nunquam auditur. Esto etiam laus dei ex ore peccatoris prodeat: non tamen deo labia peccatoris aperiente, hoc fiet: sed dolore, aut metu, aut alia quavis necessitate urgente, aut certe spe aliqua aut desiderio, aut quouis alio comodo alliciente. Nam aliquando ut a malis eruamur, aliquando ut votorum copotes efficiamur, diuinam imploramus clementiam: immensam illius laudamus misericordiam: sed non tunc deus labia non

Vigesima prima. Fo. 144

stra aperit, sed timor virens aut spes blanda. Homine siquidem peccante, continuo deus ora illius obstruit, prohibens ne deum ore polluto laudare tætet. Et merito quoniam non est speciosa laus in ore peccatoris. Quæ gloria contingere potest alicui, propterea quod laudatur ab illo qui non nisi turpia & vitia laudare nouit: Talis autem est omnis peccator: quoniam sic a natura comparatum est: ut ea quisque laudet quæ amat. Quæ vero oderit: ridet, insectatur, subsannat, scematis afficit. Non est enim verosimile: ut aliquis id ex corde laudet quod maxime odit: aut quod ardentem diligit, quisquam vituperet: & dedecore afficiat. Quid autem peccator amet ipsius vita testatur: illius nomenclatura proclamat. Nam ideo peccator iniustus dicitur & est: quia mala præfert bonis, temporalia hæc bona & caduca, præponit sempiternis illis & nunquam perituris: contemptis celestibus, terrena concupiscit, ad illa anhelat pro illis suspirat. Qui ergo sola vitia amat, hæc sola ex animo laudabit: quo fiet, ut de vitio suspectum sit, quidquid ab huiusmodi homine commendatum fuerit. Nam (ut est in proverbio) furem fur cognoscit, & lupus lupum. Contra vero: qui est virtutis amator non potest seipsum cohibere, quin illam miris laudibus extollat, & vitia deprimat.



Homilia,

Vñ euenit, vt quidquid ille laudauerit, bonum esse credatur ab ijs qui laudantis mores probe agnouerūt. Nullus ergo seipsum in opinione cuiusquam hominis quē aliū de nō nouit firmare deberet, ob hoc solum quod illum laudari aut vituperari conspiciat homine, cuius mores nondum plene explorauit. Oportet enim primo anxie perscrutari, quis nā & qualis sit ille qui laudat & inde cōiicere licebit qualis sit etiam ille qui laudat. Nam (sicut est in prouerbio) cicada semp̄ est cicada chara: formica formica. Vnde colligimus: vt sicut gloria est a viro bono & exploratæ virtutis commendari, ita etiam dedecus est nō paruum, ab homine scelerato laudari. Propter quod merito dixit sapiens, nō esse speciosam laudem in ore peccatoris. Et hæc est causa propter quā deus ab ore peccatoris se laudari dedignat & peccatori qui hoc tentare presumpsit, succedet dicēs. Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per ostium? Clausum ergo os ad dei laudem habere conuincitur: qui deum ore suo laudare prohibetur. Et hoc significat quod dñs os leprosi in lege veteri claudere iussit. Cum enim leprosum significare peccatorem omnibus sit manifestum, quid aliud erit, quod os leprosi claudī iubetur: nisi quod peccatori dum peccato seruauit omnīs

Eccl. 15.

Ps. 49.

Leui. 15.

Vigesima prima. Fo. 145.

omnis bona elocutio interdicat: ne videlicet per labia polluta transiens polluat & ipsa? Nam sicut sæpissime cōtingit: vt aqua optima per vitiosum canalem transiens, canalis malitiam imbibat. Sic etiam peccatoris os, tanquā vitiatum carnalis aut limosus alueus non nihil derogat diuinis laudibus ab eo p̄deuntibus. Propter quod peccatores ipsi: quod dei laudem sibi interdictam esse agnoscant, dicunt. In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum. Et qui abduxerunt nos hymnū cantate nobis de canticis syon. Quō cantabimus canticū dñi in terra aliena? Salicū nomine, aliqñ iusti propter illarum perpetuā viriditate: aliqñ reprobi propter illarū sterilitatem designantur. De iustis namq; Esa. 44. Ita loquens, ait. Germinabūt inter herbas sicut salices iuxta præterfluentes aquas: iusti em̄ quia inter arentem carnalium vitā perpetua mentis viriditate perdurāt: ideo inter herbas germinate dicuntur sicut salices iuxta præterfluentes aquas. Contra reprobi salicum nomine, etiam significant cū de diabolo dñs ad beatū Iob loquens, ait. Circa Iob. 40. cundabunt eum salices torrētis. Quia amatores sæculi huius, quasi steriles & infructuosi: dum voluptates huius sæculi amant, diu-

Ps. 136.

Esa. 44.

Iob. 40.



Homilia

bolo principi suo obsequuntur. Verum & si in bono & in malo salices accipi possint: in presenti tñ loco, mala est illarū significatio: solum bonorū sterilitatē significans. Hæ salices in Babilone sunt, non in Hierusalē: quia infructuosi omnes, & ab amore cœlestis patriæ alieni, totis cordis visceribus, in hac sæculi confusione radicanī. In salicibus in medio Babilonis organa suspēdūt, qui in amore mundi radicati, & bonis fructibus vacui, & destituti: deum laudare cessant. Organum siquidē animæ nostræ, hoc corpus est: quo tanquā instrumēto aia nra deū laudat. Hoc organū habet suspensum, qui linguam suā ad dei laudem non mouet. Sed hoc organū existentes in babilonia captiui, suspendunt quia q̄ in peccatorū captiuitate sunt, deum laudare (yt decet) non possunt. Demones autem qui captiuos duxerunt peccatores in peccati confusione, derident eos, & insultant illis: suadentes, & dicentes. Cantate sicut solebatis: laudate sicut cum in Hierusalem eratis facere vobis erat solitū. Sed his nos miseri gementes respondebimus. Quomodo cātabimus canticum domini in terra aliena? Magis certe plorare quam cātare, peccatorem decet. Qui a Hierusalem in babilonem cecidit, qui intervitia & peccata a demone captiuus vitam suam degit, nō

Vigesima prima. Fo. 146.

deberet carere & deum laudare: sed peccata sua deplorare. Si ergo non possunt peccatores cantare: plorent. illic (inquit) sedimus & fleuimus. Ploremus ergo vberissime, vt lachrymarum nostrarum inundatio flumina babilonis superet. Suspensa sunt enim organa nostra, defecit vox gaudij & lætitiæ: & non possumus cantare canticum domini in terra aliena cōstituti. Aliena enim est a deo terra vitiorū, terra voluptatū: sicut ipemet testatus est, dicens. Regnū meum nō est de hoc mūdo. In hac terra existentes, tanquā multis malis grauatos, cantica lætitię nō decet: sed luctus & lachrymæ: & tunc merito cum Job dicere poterunt. Versa est in luctū cithara nostra & organum meum in vocem fientium. Qui ergo digne, vt decet, deū laudare debet, a peccati captiuitate eum prius liberari oportet: quoniam in hierusalem laudatur deus: non in babilone. Iustū oportet esse & sanctum, qui sanctum sanctorum laudare debet: quoniam rectos decet collaudatio. Quid exigat a peccatore, vt dignas deo laudes persoluat Hieremias expressit, dicens. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum tuarum, Prius somnum excutere admonet, quoniam non in somno, sed in vigilia deus laudat. Si is q̄ est obnoxius peccato dormire dicitur: eodem iure etiam is qui a



Homilia *amilegi*

peccō abstinet, vigilare censendus erit. Tūc
vigilare incipit, qm̄ mala quæ fecit agnoscit
Cū vero iam ab illis abstinet, & pœnitendo
corrigit: iam oculos aperit. Cum autē ad bo
na agenda se iam extendit: tunc somnū po
tinus exculsit. Consurge ergo & lauda deū
in principio vigiliarū tuarum. Cum primū
vigilare inceperis: tunc deum laudare tene
ris, qui te a tam alto somno excitauit. Prius
tñ vigilare, quā laudare oportet. Sed quia
non est liberum dormienti excitari cū libue
rit: deum prius orare cōuenit, & illum iob
re precari: vt nos a peccati somno excitare
dignetur: vt postea excitati, illum digne lau
dare valeamus. Et hunc laudationis ordinē
nobis præscribit propheta Oseas: cum ait.
Tollite vobiscū verba & reuertimini ad do
minū & dicite ei. Oem aufer iniquitatē, & ac
cipe bonū: & reddemus vitulos labiorū no
strorū. Reuertāť ergo peccatores, qui mult
tis modis aberrauerunt, ad eū qui solus tol
lit peccata mundi, qui pro nostris peccatis
dignatus est in ara crucis sanguinem suum
fundere, & dicamus illi. Aufer a nobis oem
iniquitatem. Gratis ne? Et accipe bonū. Qd
bonum? Reddemus (inquit) vitulos labiorū
nostrorū. Agemus gratias tuæ miæ, cui nos
debere fatebimur, qd a peccati miseranda
captiuitate eruti sumus. Auferes a nobis qd

Ose. 14.

Vigesimalprima. Fo. 147.

nostrum est, & accipies a nobis qd tuū est:
qm̄ tua est laus: tibi soli debet honor & glia
Tu em̄ solus bonus es: & ideo tu solus lau
de dignus: Et hinc sententiæ cōcinit nūc Da
uid, qui ait. Dñe labia mea apies: & os meū
annunciabit laudē tuā. Qui superius triplis
cē spm̄ petijt, vt recte vias dei docere possit
nunc etiam vt digne deū laudare valeat: la
bia sua a deo aperiri postulat, quæ ad dei lau
dem per peccatū clausa esse nouerat. Ape
riūtur autē labia nostra a deo, cum remittit
culpam & gratiam infundit. Tunc em̄ gratia
dei recepta liberum est homini deū laudare
& tunc laudes ab illo decantatas deus gra
tāter accipit, quas antea dedignabat. Quas
propter describens qualiter filij israel, post
triumphum illū nobilē, quē Pharaone & cæ
teris ægyptijs in mare sumerfis habuerunt,
deum laudare cœperunt: ait. Sapia a pe Sapi. 10.
ruit os mutorum & linguas infantium fecit
desertas. Muti erāt ad dei laudes in egypto
nec deum cœli Pharaone vetante laudare
sinebant: qm̄ peccato os peccatoris obturā
te, mutus in dei laude peccator efficit. Sed
Pharaone & reliquis ægyptijs in mare sum
merfis, laudes deo cantate incipiunt: quia
peccatis omnibus in pœnitētia (quæ amarū
est mare) suffocatis, tūc iam liberum est illis,
dei maiestatem & potentiā laudibus extol
T iij



Homilia, *lib. iij*

Sapi. 10. Iere. Sed quia hæc laudandi facultas a solo deo nobis data est, cuius virtute hostes demersi sunt: ideo sapiens causam reddens quo pacto deum laudare potuerint, qui per tot retroactos annos muti fuerant: dixit. Quoniam sapientia aperuit os mutorum: & linguas infantium fecit difertas. Deus ergo a quo solo virtutem digne illum laudandi accipimus, est qui solus nobis postquam peccauimus labia aperit: ut illum digne laudare valeamus. Sed quia non aperit labia nisi cui peccata remittit: hinc est quod prius petiit se a sanguinibus liberari, & continuo quid inde sequatur adiunxit, dicens. Domine labia mea aperies. Quibus verbis innuit, liberationem a peccato esse clauem, qua labia sua quæ hactenus clausa tenebat, aperire possent. Cum ergo ait. Domine labia mea aperies: quod lucrum ex remissione sui peccati oriatur, ostendit. Forte David cum amore Bethsabæe captus tenebatur, cantica aliqua in laudem illius edidit: sicut mos est muliercularum amatoribus: & ideo ait. Os meum annunciat laudem tuam. Tuam inquam, non mulieris illius, quæ me sua fallaci & vana pulchritudine decepit. Illam enim libentius nunc & iustius vituperarem: quippe quæ tanti peccati fuit caput & origo: quæ mihi mellita venena propinavit: qua tanquam fortissimo, telo, contra me de-

Vigesima prima. Fo. 148.

mon pugnavit. Melius mihi fuisset luminibus orbari, quam eam inspexisse. Vt tamen tam honesta, quam pulchra fuisset. Pugnassem utique honestate sua, & peccati vias præcludissem. Si restitisset illa: destitisset forsitan ego: si cogeretur esset peccato. Quam grata mihi tunc obuiatum esset peccato, quam ingrata est mihi, eo quod fuit consentiens, tam ingrata est mihi, eo quod non dissensit. Quid ergo nunc laudabo in tanta fragilitate: incōstantia, inhonestate? Verum nolo longius in illam inuehi: ne hac occasione a tuarum laudum preconio censem. Nam ad hoc solum, peccato dimisso, labia mihi aperire postulo: ut os meum annunciet laudem tuam. Tuam (inquam) non cuiusquam alterius hominis: quoniam ille si laudandus esset (quod maxime diffiteor) post huius vitæ consumationem laudandus venit: cum videlicet per actum certamine victor ex harena discesserit. Esto, homo laude dignus sit: laus tamē illi nihil mihi prodesse potest: obesse autem multum. At laus dei multum nobis proficit: quoniam impedit ne in peccatum precipites ruamus. Sic enim dominus per Esaiam promittit, dicens. Laude mea infrenabo te, ne intereas. **Exa. 40** Quibus verbis satis aperte innuit, hoc præstatum relaudem dei nobis: quod frenum equo. Freno autem coercetur equus, ne quocumque libuerit currat. Et qui in laudibus dei exercetur, quasi infrenatus cohibetur, ne se in vitiorum precipit-



Homilia,

Job. 31.

tia dedat, Et ob hanc causam Dauid ait. Os meū annuntiabit laudem tuā. Tuā (inquā) non meā: quā te aperient labia mea, & ore meo laus mea prodire non poterit. Nō enim tu mutorū ora aperis ad peccatū: sed ad iustitiam. At seipsum ore proprio laudare iniquitas est maxima: teste beato Job, qui ait. Si osculatus sum manū meā ore meo, quae iniquitas est maxima: & negatio cōtra deū altissimū. Per manū operatio, per os locutio designat: quā manu operamur: ore autē loquimur. Manū ergo suam ore proprio osculari, est opa sua ore proprio laudare: quā osculum in signum amoris infigit. Manū suā osculatur, qui suis opib⁹ afficitur. Quae autē amat, vix fieri potest, vt ea non laudet. Sed hoc iniquitatē esse maximā dicit Job: & negationē contra deum altissimum. Negare namq; deum videtur: qui de bonis operib⁹ quae fecit, gloriā quā deo reddere debuisset sibi tribuit. Et haec est iniquitas maxima. scilicet non agnoscere beneficiū. Propter hoc ergo Dauid nullius alterius laudē se annuntiatūrū spondet quam dea quo quicquid boni est, proficisci non dubitat: dicens. Os meum annuntiabit laudē tuā. Te solū laudabo: quā sicut tu solus bonus es, ita sol⁹ laude dign⁹. Nihil est in homine aut quamuis alia re quā laude dignū sit: nisi quod tuū est. Te decet

Vigesimaprima. Fo. 149

laus: te decet hymnus: & ideo os meū annuntiabit laudē tuam. Sed quā sis annuntiat⁹ rus laudē dicam Dauid, Quā melior est (in ps. 62. quid) mīa tua super vitas, labia mea laudabunt te. De prēmio quod sanctis suis daturus est deus, illum laudasse videtur. Nā premiū est illud, hic mīam dixit: quā in illo solo est oīs diuinæ erga nos mīæ cōsummatio. Parū certe prodesset quod conditi sumus: quod nobis totū hunc visibilem mundū condidit, quod pro nobis homo fieri voluit, pro nobis vagiuit, esuriuit, sitiuit, lassatus est, mortem deniq; pro nobis subire dignatus est: nisi etiam sua claravissio ne bearet. Illud ergo premiū quod suis sanctis daturus est deus, cum sit totius mīæ finis, & in quē tanquā in scopū, reliquæ oēs mīæ tendunt, merito hic appellat mīam. Et hanc dicit excedere oēm huius mundi vitā quamlibet foelicem. Melior est (inquit) mīa tua super vitas. Vitas dixit plurali numero: propter varias vitæ genera, aut viuendi modos. Alius viuuit ex equestri militia: alius ex rusticatione: alius ex mercatura: alius ex literatura. Sit tñ quantūlibet foelix aliquis eorū viuendi modus: non est tamen vel de longinquo cum beata illa & perenni vita cōferendus. Ideo ait, Quā melior est mīa tua super vitas. Labia mea laudabunt te. Nunquā a tuarū laudū preconio cessabo. Propter illud sine



Homilia

precio preciable premiū, quod preparasti diligētibus te: quod melior est quā quæuis huius mūdi vita. Hæc enim vita turbationē habet: illa quietē. Hæc tristitiā: illa letitiam. Hæc morbis plurimīs est subiecta: illa omni morbo carens, perpetua salute fruitur. Hæc sapæ bellorū tumult⁹ experitur: illa gaudet pace perpetua. Hæc denique semper est cū timore: illa securā statione perpetuo firmatur quoniā vita hæc morte finitur: illa autē finem nescit: sed vita est sempiterna. Vt ergo te perpetuo laudare valeam, precor te: vt mihi vitam illam tribuas: per merita Iesu Christi filij tui Qui tecum & cū spiritu sancto viuit & regnat in sæcula sæculorum Amen.

Homilia vigesima secunda.

Quoniam si voluisses sacrificium dedisē vtique: holocaustis non delectaberis.



Quoniā solā laudē deo se pro peccatis suis Dauid oblaturū spopōderat: ob quā causam in auaritiæ suspitionē apud aliquos forte vcnit poterat: quod solū verbis, & nō sacrificijs aut vitijs, deū placare voluerit: vt hæc suspitionē non propelleret, causam cur non etiā sacrificia promiserit, aperit: dicens, Quoniā si voluisses

Vigesima secunda. Fo. 150.

sacrificiū dedisē vtique, holocaustis non delectaberis. Ac si diceret, Parū mihi fuisset qui rex sū, & opimis cētib⁹ diues, cētenos arietes aut vitulos tibi offerre, vt peccatū meū expiarē. Verū quia optime scio minime tibi huiusmodi sacrificia placere: neque per illa sacrificia peccata mea posse expiari: illa tibi offerre contēpsi. Quibus verbis, veteris legis sacrificia esse prors⁹ inutilia aperte satis declarauit. Illorū sacrificiorū inutilitas inde cōtinetur. quod nec deo, nec hominib⁹ proderāt. Nam quo pacto prodesse poterāt deo, quē omnes creaturæ aperto ore fatentur nostris bonis non indigere? Si enim ille creatura aliqua indigeret, infinitus non esset. Si aliquod emolumentū ex creatura aliqua capere posset, fieret inde: vt non esset necessarium & æternū quicquid in deo esset. At sine necessariū non est & æternum quicquid in deo est, oportet vt de⁹ mutabilis sit, cum illi aliquid aduenire possit. De⁹ autem mutabilis non est. Necessarium ergo est quicquid in illo est & æternum: perinde atque ille. Si necessarium est & æternum quicquid in se continet deus: consequens est, vt nullam vtilitatem ex omnibus creaturis capere possit: cum illæ cōtingentes sint & temporariæ. Et hæc est vna & non infima causa propter quam veteris legis sacrificia reiecit deus: ne forte in hunc



Homilia. Viginti

errorem homines inducerentur, vt putarēt
deum huiusmodi animalibus quæ sacrificia
banī indigere, cū viderent illū talia a nobis
exigere. Hoc enim ī alio quodā psalmo ipse
met aperuit: iu quo veteris legis sacrificia
spernens, ait. Non accipiā de domo tua vitulos:
neq; de gregib; tuis hircos. Quoniā
meæ sunt oēs feræ sylvarū iumenta in montibus
& boues. Cognoui oīa volatilia cœli:
& pulchritudo agrī meū est. Si esuriēro nō
dicā tibi. Ac si aperte diceret. Si aliqua re in
digerē (indigentiam siquidē hic appellauit
esuriem) tu indigentiam talem supplere nō
posses. Vt aut ostenderet se nullo egere, sub
iūxit. Meus est enim orbis terræ & plenitudo
eius. Nunquid manducabo carnes taurorum
aut sanguinē hircorū potabo? Vides
qualiter sacrificia illa spernit deus, tanquā
quæ in nullā sui vtilitatem cedere poterāt.
Sed neq; homini ad illius aiæ salutē vllō pā
cto pficiebant quoniā nec peccatum expia
bant: nec gratiā, nisi bono offerentis affectu
interueniente, pmereri poterant. Sacrificia
non posse mederi peccatis: testatur beatus
Paulus in ea quæ est ad hebr̄os epistola: di
cens. Impossibile est enim sanguine tauro
rum & hircorū auferri peccata. Ideo ingre
ditens mundū dicit. Hostiā & oblationē nō
lulisti: corpus autē aptasti mihi. Halocautio

ps. 49.

Heb. 10.

ps. 59.

Vigesima secunda. FO. 151.

mata & p peccato nō tibi placuerunt. Tunc
dixi ecce venio Non est certe possibile san
guinē taurorū aut hircorū aut ceterorū ai
liū aliquid efficere in aiā peccatoris ad pec
catorū abolitionem: qm fieri nequit vt res
corporea qualis est sanguis taurorū & hirc
corum, in anima hominis quæ spiritus est,
reali (vt ita loquar) operatione, aliquid effi
cere possit. Esto, etiam sanguis in animam
aliquid possit operari, non tñ eo vsq; per
tinget: vt peccatū delere possit. Nā cū pec
catū (iuxta oīm fere theologorū sententiā)
nihil aliud sit post elapsū peccati actū, p
ter obligationem ad mortem æternā subeū
dam: consequens est, vt is merito peccatū
delere dicat, qui ab huiusmodi mortis sen
tentia liberauerit peccatorē. Nullū aut pec
catorē ab hac mortis sententiā eripere po
test: nisi qui sententiā semel latā infringere
potest: aut is qui precibus suis iudicem ad
miam flectere valeat: aut qui deo propter
peccati offensam potest satisfacere. At cum
nihil horū sanguis animalū præstare possit
fit, vt neq; peccatum delere, aut expiare va
leat. Nam horum primum, soli deo conueni
re pōt: quoniam cum ille superiorē nesciat:
non est qui sententiā ab eo latam infringere
valeat. Sicut enim ille solus damnare pōt
ad mortē: ita solus potest reuocare ad vitā.



Homilia: 134V

Deu. 13. Ille solus est qui occidit: solus qui viuere facit. Alterum: solus Christus homo efficere potest: quoniam cum hic solus dei amicus ex hominibus inuentus fuerit: solus ex hominibus in quo sibi bene complacuit: solus etiam hic pro alijs intercedere potuit. **Mat. 17.** Solus hic est, quem (vt ait Paulus) proposuit deus propiciatorem per fidem in sanguine ipsius. Aliud etiam, videlicet pro culpa satisfaccere sanguis animalium prestare non potuit: quoniam cum hic minima sit virtutis, pro tanto debito satisfaccere non valebat. Nam debitum ex culpa lethali contractum, infinitum hac ratione esse constat: quod poenae aeternae est deputatus qui lethaliter peccat. Fieri ergo non poterat, vt sanguis animalium pro debito infinito satisfacceret. Propter quod deus irridens iudaeos qui peccantes putabant se huiusmodi sacrificijs mundari, ait. Nunquid carnes sanctae auferent a te malitias tuas in quibus gloriata es? Veteris ergo legis sacrificia peccata delere non poterant: neque animalia iustificare. Quod autem Paulus de his loquens ait. Qui fecerit ea: viuet in eis: non de spiritali vita intelligendum est: quasi per illa sacrificia acquireret gratia quae vita est aeterna: sed de corporali vita est intelligendum, ita, vt is qui iuxta legis ceremonias sacrificabat, corporis vitam habuisse dicatur: quod

Vigesima secunda. Fo. 152
mortem etiam debebat quam quoniam sacrificabat fuisse ex lege tenebat. Alioquin si data esset lex quam posset viuificare: ex lege esset iustitia. Si enim lex quam per Moysen data est posset homines ab interna morte, quam propter primorum parentum peccatum & suum incurrerant, liberare: tunc sine dubio, vera iustitia lex ipsa posset conferre per quam homines regno caelorum efficerent idonei. At si ex lege esset iustitia (vt optime beatus Paulus argumentatur) Christus gratis mortuus Gal. 2. esset: hoc est, sine vlla causa & absque vlla utilitate: cum sine morte Christi lex iustificare potuisset. Sed nullus est ratio impudens, vt asserat Christum frustra esse mortuum: fateatur ergo necesse est: legem non potuisse homines iustificare. Et quia sacrificia illa inutilia erant: quippe quam nec homines iustificare, nec peccata expiare valebant: ideo filius dei homo factus, pro nobis sacrificium in ara crucis fieri dignatus est. Et hoc est, quod Paulus supra ex libro psalmodum sub Christi nomine dictum, interpretatus est. Holocaustum factus & pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixit, Ecce venio. Quia enim viderat illa veteris legis sacrificia deo non esse placita, nec deum illis sacrificijs posse placari: se ipsum in corpore assumpto obtulit: vt inde sacrificium fieret, quod deum facilius placare posset. Et vt hoc insigne & illustre sacrificium praenunciarent & figura



Homilia,

rēt, data sunt illa veteris legis sacrificia. Nā illa sacrificia, figuræ & ymbra & quasi quædam huius sacrificij pmissioes erant. Quia enim animalia quorum sanguine emundationes fiebant, Christi figurā gesserunt: cuius sanguine omnes mundati sumus ab omnibus peccatis nostris. E quibus (vt reliqua omnia præteream; vnum solū in exemplū adducam: quod Christi figuram cæteris omnibus multo clarius expressit. Vacca, si quæ comburebatur, vt ex ea sacrificiū fieret quo purificaretur is qui aliqua legis immunditia inquinatus fuisset. Precipe (inquit) filiis israel, vt adducant ad te vaccam ruffam ætatis integræ: in qua nulla sit macula: nec porruarit iugum: tradetisq; eam Eleazar o sacerdoti: qui e ductam extra castra: immolabit in conspectu oim: & tingens digitum in sanguine eius: asperget contra fores tabernaculi septem vicibus: comburetq; eam cū tuis videntibus: tam pelle & carnibus eius quā sanguine & fimo flamme traditis. Lignum quoq; cedrinum & hyssopum coccumq; bis tinctum sacerdos mittet in flammā quæ vac eā vorat. Hæc in lege veteri fiebant ad emundationem carnis, & figurant ea quæ in lege gratiæ, sanguis Christi in animabus fidelium operatur. Vacca hæc humanitatem Christi significat, quæ merito sexu foemineo vacca

Num. 19

Vigesima secunda. Fo. 153.

& non bos nominatur, propter eius fragilitatē & infirmitatē: quā iuxta hanc (vt ait Paulus) Christus mortuus est. Rufa dicitur: propter colorem quo infecta fuit caro ipsius, sanguine suo tincta. A Etatis integræ esse præcipitur: & Christus trigintatium annorum vel paulo amplius erat quā affixus fuit cruci. Hæc Christi humanitas nullam habuit maculam iniquitatis: neq; vllum portauit peccati iugū. Vacca illa tunc immolanda extra castra duci iubebatur: & Christum crucifigendum eduxerunt extra portas ciuitatis Hierosolymæ. In quem locum ipse Lubens exiit: vt nos a conuersatione mundi quasi a ciuitate secum abduceret. Ibidem vaccam immolabant in conspectu oim: & Christum in oculis solis huius crucifixerunt: videntibus oibus. Nam crucifixus fuit in meridie: & die solenni videlicet paschate, quo mors illius celebrior esset: & a pluribus cōspici posset. Eleazar sacerdos qui tingens sanguine vaccæ digitum, aspergit septies contra fores tabernaculi, veros noui testamenti sacerdotes designat: qui Christi passi vestigia sequentes, illiusq; passionē imitari cupientes, alios de vera fide instruunt: vt dei filium vere per nobis in cruce passum fuisse firmiter credant. Nam si tabernaculum figurat ecclesiam hanc militantem, fores tabernaculi fidem merito



Homilia

significabunt, per quam in ecclesiam intramus. Quod autem septies aspergi iubetur, septiformis spiritus gratia denotatur, quæ Ioann. 3. fidem recipienti promittitur. Qui credit in me (inquit veritas) flumina de ei⁹ vtre fluent. Vt autem nobis dubitare nō liceret de quibus fluminibus fuisset locutus, cōtinuo post Ioannes euangelista interpretatus est: dicens, Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Sed hæc vacca immolata: vt cunctis videntibus comparatur præcipitur, nec solum caro ipsius & pellis: sed sanguis illi⁹ & finis flammæ tradi iubetur. Quibus verbis admonemur vt omnia quæ de huius vaccæ immolatione dicta sunt, ad spiritualem intelligentiam referamus: at profectum aliquē inde capere possimus. Quæ enim crematur, cōsumit & in ignem vertit. Cremari ergo hæc oīa iubent quia consumpto literæ cortice: qui nullius ferme est valoris, ad spūalem intelligentiā illā oīa conuertere debem⁹. Ignis em̄ spm̄ sanctum designat: quapropter litera tūc cremari igne dicit q̄ n̄ iuxta spūalem intellectū declaratur. Pellis, exteriorem Christi conuersationem significat: sanguis, interiorem. Fimus, passionem & ignominiam illius denotat: qd̄ videlicet esuriuit, sitiuit, lassatus est, vagiuit, fleuit, quod op̄ probrium hominū

Vigesima secunda. Fo. 154

abiectionis factus est. Hæc oīa per simū abiectionis merito significari p̄nt. Sed hæc oīa, igne cremari iubentur: quia hæc oīa q̄ Christus in suo corpore gessit, per latentē in eo diuinitatis spm̄ fuisse disposita, credere tenemur. Nihil enim fuit in Christo tam abiectum & cōtemptibile, quod si spiritua-liter intelligatur, non sit excelsum & gloriosum. In namā q̄ vaccā vorabat mitti iubetur hyssopus, lignū cedrinū, & cocco bis tinctus. Hyssopus interiora corporis purificās fidem denotat: quæ (iuxta beati Petri testimōnium) corda purificare nouit. Lignum cedrinum qd̄ in altum se tollit, significat spem quæ ad sola cœlestia erigenda est. Cocco bis tinctus, ignea charitas est: q̄ duplici amore dei scilicet & pximi, tingitur. Hyssopum in vaccæ sacrificia mittit, qui deum pro nobis fuisse passum firmiter credit. Lignum cedrinum mittit, qui in solo dñicæ passionis merito: omnem suā sp̄ collocat. Cocco bis tinctum apponit, qui propter tam immensum beneficium, deum (vt decet) amat: & proximos suos diligit, etiam inimicos: Christum imitat⁹, qui pro nobis inimicis, mori dignatus est. Huius vaccæ imolatæ cineres miscerant aqua q̄ dicebat aqua expiatiōis: quia p̄ illi⁹ aq̄ aspersionē, purificabat q̄ immūd⁹ erat. Et Christo mortuo, ex ei⁹ latere fluxit aq̄: que

Act. 15.



Homilia

gratiã sacramentorũ designat, p quã omne peccatũ expiatur. Hoc igitur verũ fuit sacrificium: Christi. Innocentis passio. Nã hoc: deo maxime placuit: hoc, deus placatus est. Hoc, nra peccata deleuit: hoc, nos iustificauit. Hoc sacrificiũ Christi deo patri pro nobis offerre dignatus est: quia vidit oia veteris legis sacrificia esse profusa inutilia: quippe quæ spũali hominũ saluti nulla ex parte prodesse valebant. Qd si illa, hois peccato mederi potuissent: mors Christi non fuisset necessaria: quod offerret, vt quẽadmodũ Paulus colligit, Christus frustra & sine causa mortuus censere. Non enim fuisset opus Christum mori: si lex, hominẽ peccato mortuum suscitare potuisset. Si baculus Helisei potuisset contactu suo filium viduæ defunctũ suscitare, ipse Heliseus non venisset. Quia vero puer Helisei missus cum baculo: non valuit defunctũ puerũ suscitare: ipse Heliseus veniente dignatus est, seque super mortuũ stans, atque ad illius membra se colligens, huc illucque deambulans, & in ore mortui aspirans: illũ ad rediũuã lucẽ protinus amauit. Puer mortuus, hũani generis in morte peccati iacentis figurã gerit. Puer cũ baculo sequitur: quia Christus post Moysen & legem venit. Sed puer cũ baculo suscitare mortuum non valuit: quia (iuxta Pauli sensũ

4. re. 4.

Heb, 10.

Vigesima secunda. Fo. 155

tentiã) lex ad perfectũ neminem perduxit. Heliseus autẽ postea veniens suscitauit puerum: quia Christus in fine legis incarnatus apprensus, humanũ genus ab æterna morte suscitauit. Non venisset Heliseus, si illius baculus puerũ suscitare valuisset: nec venisset etiã Christus, si lex viuificare aut peccata delere potuisset. Christi ergo incarnatio & passio: veteris legis sacrificia inutilia fuisse conuincũt. Et ob hanc causam vero sacrificio præstito: fuerũt merito reprobata. Quia cum oia illa nil aliud essent quam ymbra quædam & promissioes futuri sacrificij: necessarium fuit, vt succedẽte luce, ymbre decederent: & promissionis obligatio cessaret. Qui enim aliquid promittit, semper promissionis obligatione constringit: donec factis promissioni fecerit: Cum autem qd promiserat dederit, nulla est iam illius promissio. Nam & verba mutat quibus loqui consueuerat: quã non dicit, dabo, quod antea se daturum dicebat: sed dicit: dedi. Ad hunc modũ, illa veteris legis sacrificia tanquã verba promissua ablata sunt: quia exhibita est veritas promissua: id est, sacrificiũ Christi quod pro ea promittebatur. Et hæc est causa propter quam etiã illa deus prius iusserit, postea prohibuit. Ex his posternum Ebion & Cherintus, qui homines ad veteris legis ceremonias &



Homila,

erificium, videlicet Christu crucifixu quera-
mus: qm hoc est quod vere deu placare pot
Hoc est per sanguine crucis sue, pacificauit
siue quae in caelis siue q in terris sunt. Hoc
est, quo peccata nostra q in vngue adaman-
tino scripta erant, deleta sunt. Hoc est, quod
solos nos iustos fecit. Hoc est, quod nobis
oibus gratiam promeruit. Hoc est quod no-
bis paradisi portam, quam peccatu clausu-
rat, aperuit. Per huius deniq; merita, nos om-
nes speramus aeterna assequi beatitudine.
Quam nobis prestare digne ipsemet: qui
cum patre & spiritu sancto viuit & regnat
in saecula saeculorum. Amen.

Homilia, Vigesima tertia.

Sacrificium deo spiritus cotribulat: cor co-
tritum & humiliatum deus non despiciet.

Inibus veteris legis sacrificiis
tanquam inutilib; reiectis, ne-
quis de deo male sentiret, illum
durum, intractabilem & moro-
sum ceniens, q nec sacrificiis pla-
cari possit, nec vllis muneribus flecti. Nunc
quod sit deo acceptabile sacrificiu exprimit
dicens, Sacrificiu deo spiritus contribulat.
A deunde modum cum deus per Esaiam pro-
phetam abnuisset sacrificia, & holocausta, &
oblationes. Adhuc etiã & neomenias, & sab-
bata, & Calendas, & solennitates & reliqua

Vigesima tertia.

Fo. 157.

consequentem his observationem, continuo sub-
iecit: pandens quae essent salutaria & illi ac-
cepta sacrificia. Lauamini, inquit, mundi esto
te: auferre malum cogitationum vestrarum
ab oculis meis. Quiescite agere puerse: disci-
cite benefacere. Quaeite iudicium, subueni-
te oppresso: iudicate pupillo, defendite vi-
duam. Quibus explicatis, illorum vtilitatem
illico expressit, sic inquit. Si fuerint
peccata vestra sicut coccinuum: quasi nix deal-
buntur. Et si fuerint rubra sicut vermicu-
lus, velut lana alba erunt. Si enim irascens,
vt caeci iudaei putant, haec iudaeorum sacrifi-
cia deus reiecisset: tanquam qui indigni essent
consequi misericordiam eius, non vtiq; eis-
dem ipsis suaderet, per quae saluari possent.
Sed quoniam deus illorum miseratus haec
fecit: & inutilia sacrificia abnuuit, & quae essent
utilia ostendit, dicens. Sacrificium deo spūs
cotribulatus. Hoc est deo acceptabile sacrifi-
cium: cum totum nostrum spiritum, intelle-
ctum videlicet: memoriam & voluntatem illi
offerimus. Intellectum illi sacrificat, qui illud
cogitat, illius mysteria scrutatur. Memoriam
deo offert, qui sic beneficiorum illius recorda-
datur, vt nullo temporum volumine ingrata
subrepat obliuio. Voluntatem deo sacrat, q
deo totos tribuit affectus: vt illum toto cor-
de, tota mente, tota anima diligat. Hoc re-
V v



Homilia.

crificium eo veteris legis sacrificia superat,
quod cum in se sit nobilissimum multo facti-
lius a quolibet offerri potest, & deum melius
placare valet. In huius sacrificij electione,
deus suam benignitatem & misericordiam mul-
tum commendasse videtur: cum illi tale plac-
cuisse eligere sacrificium, quod nemo præsta-
re non possit. Nam multa deo inopes sunt,
vt nec vitulum, nec arietem, nec turtures,
aut columbas: quæ pauperum hostia sunt,
offerre valeant. Et propter hanc causam
in lege euangelica, quæ plena est pietatis
& misericordie, nihil horum a nobis exegit
deus. In omni autem lege, cor nostrum a
nobis petiuit: dicens, Fili præbe mihi cor-
tuum. Et hoc facile est sacrificium, quoniam
vt homo seipsum deo offerat, nullæ dili-
gentiæ sunt necessaria: quo fit, vt nemo ab obli-
gatione propter inopiam excusari possit.
Tale elegit pietissimus deus sacrificium,
quod diuitibus & pauperibus esset commu-
ne: quod etiam quilibet facillime præstare
posset. Nullus est enim qui si eum deus ad-
iuuerit (adiuuat autem semper) deum dili-
gere illique seruire, & omnia illius mandata
custodire non possit. Hoc autem faciens se
ipsum deo sacrificat. Sacrificium salutare
inquit sapiens, est discedere ab iniquitate.
Hoc autem quam sit facile deus ipse testat

Pro. 23.

ecc. 36.

Vigesima tertia. Fo. 158.

tur: qui potius quam præcepta, dederat quibus
illi seruientes vitam promereri possint
æternæ: otinuo adiecit. Mandatum hoc quod
ego præcipio tibi hodie, non supra te est: ne
que procul positum, nec in celo situm, vt
possis dicere. Quis nostrum valet in celum
ascendere: vt deferat illud ad nos: vt audias
mus atq; opere compleamus. Neque trans
mare positum, vt causeris & dicas. Quis ex
nobis poterit trans fretare mare, & illud ad
nos vsque deferre: vt possimus audire &
facere quod preceptum est? Sed iuxta te
est sermo valde in ore tuo, & in corde tuo,
vt facias illum. Et ipse pietatis fons ait. In-
gum meum suauis est: & onus meum læue. I. cor. 3.
Cum ergo tam facile sit hoc sacrificium, res
prehensione dignus merito censebitur, qui
illud deo offerre cõtempserit. Si alicui præ-
cipiatur ieiunium, causari potest suam infir-
mitatem & imbellicitatem: A peccato autem
(deo præsertim iuuante, qui semper iuuare
est paratus) se non posse abstinere: nemo ve-
re dicere poterit. Si alicui dicatur vt nudum
operiat, aut esurienti porrigat panem, & si-
tienti potum: iusta poterit esse excusatio, quæ
facultates vnde id facere possit, non habet.
At non posse pauperum necessitati cõpati,
nec posse corde fieri super eo qui a siliis
est, nemo est qui credat. Si mihi aliquis dixit

De. 30.

I. cor. 3.

Mat. II.



Homilia,

rit se propter corporis debilitatē non posse aut vigilare, aut peditem longa percurrere spacia, credā illi. Si autem dixerit se deū diligere non posse, nullus sanæ mentis crederet. Qm̄ (vt beatus Augustinus ait) Nihil est tamin potestate voluntatis quā ipsa voluntas. Et iterum. Voluntas imperat sibi & aliis. Facillimum ergo est hoc spiritus sacrificium, quod nemo est qui propter paupertatem, aut corporis debilitatem, aut aliam quamlibet corporis impotentiam, præstare non possit. Est adhuc altera & maior huius sacrificij laus: q̄ videlicet nullum est sacrificium æque deo acceptum: Nullum est sacrificium (Christum semper excipio qui pro nobis sacrificium factus, omnia alia sacrificia longissimo interuallo antecurrit) quod deū iratum æque placare valeat. Propter quod eleganter, simul & religiose, mihi dixisse videtur Baptista mantuanus, cū in libro de cōtemnenda morte dixit.

Virga recēs Zephiris, neruo curuabit arcus.
Igne calibis, Adamas sanguine, corde deus.
Causam autem huius si quis forte requirat eam nunc illi exhibere placuit. Deo enim magis acceptū est id quod quisq; ex suo offert quam quod de alieno. Propter quod sapiēs ait. Honora deum ex tua substantia. At nihil æque nostrum dici pōt: ac mens nostra

Pro. 3.

Vigesimaltertia. Fo. 159.

intellectus videlicet memoria, & voluntas, quoniam his pro libito vti possumus: Hæc nunquam nos deserunt: sed quocunq; redimus semper nos comitatur. Illa vero q̄ extra nos sunt, semper morientes deserunt & raro viuētes comitatur: quo fit, vt nostra vere dicere non possumus. Qui ergo esuriēti panem porrigit, & sitiēti potum, deum in paupere honorasse videtur: sed quasi de aliena substantia. Qui autem deum semper cogitat, beneficiorum illius semper recordatur, & illum (vt decet) amat, de sua substantia deum honorat: de sua substantia illi sacrificium facit. Et quia de propria substantia ideo deo magis acceptabile est sacrificium. Et hæc est potissima causa propter quam vidua pauperula quæ duo æra minuta in templo obtulerat, a Christo redemptore nostro plus omnib; obtulisse iudicata est, quia videlicet deus magis ex affectu, quam ex opere, oblationem pensat. Viduæ autē pauperulæ affectus, reliquis omnium offerentium affectibus vel ex eo maior fuisse conuincitur: quod illi omnes ex abundanti sibi miserunt in munera dei: hæc autem vidua, ex eo quod deerat illi: omnem victum suum quem habuit misit. Hinc est etiam quod cū Saul de seruata contra dei mandatum præda victimas se velle deo offerre Samueli ref-

Luc. 21.



Homilia. lxxiv

I. Re. 15.

pondisset: dixit illi samuel propheta. Melior est obediētia quam victima: & auscultare magis quam offerre adipem arietum. Melior quippe est obedientia quam victima: quia per victimas aliena caro: per obedientiam vero, voluntas propria sacrificatur. Fōigitur factus per obedientiam deus placatur: quo ante dei oculos melior nostra voluntas, quam aliena caro aestimatur. Optimum igitur sacrificium quod quis deo offerre potest, est spiritus proprius. Hunc autem deo offert: cum illum (vt diximus) cogitat: beneficiorum illius recordatur: illum totis visceribus diligit. Sed hæc homo peccator præstare non potest: nisi prius spiritum suū cōtribulauerit: cor suum contriuerit, & humiliauerit. Vix enim fieri potest, vt homo pondere suorum peccatorum grauatus, qui ad instar iumentorum pronus spectat in terrā, sublimia illa & cœlestia contemplari possit. Deinde qui laqueis diaboli, vt Paulus ait, captiuus tenetur, ad ipsius voluntatē, vix fieri potest, vt dei recordetur. Qui deniq; terrena hæc concupiscit, illa quæ dēter amat deum (vt decet) diligere non potest: quoniam affectus illius velut palatum infectū, dulcīa reputat amara, & amara dulcīa. Vt ergo hæc omnia plene præstare possit peccator, oportet, illum prius spiritum contri-

Vigesimalertia. Fo. 160

bulare: cor contritere, & humiliare. Spiritū contritulum habet, qui malefactorum penitens, doloribus quasi quibusdam tribulis animam suam pungit. Cor contritum & humiliatum habet, qui sic de præteritis dolet, vt dei præceptis in posterum se subdere fatagat. Nam (iuxta beati Hieronymi interpretationem) illi cor conterunt sed non humilitant, qui peccata quæ commiserunt desistent, sed tamen eadem committere etiam post fietus non timent. Ille ergo cor contritum & humiliatum habet: qui & de peccatis commissis dolet: & ne in alia iterum labat cauet. Et qui hoc facit, suauissimi odoris sacrificium deo offert. Nam aromata quamuis integra cum sunt, suauem aliquē odorem spirant: tunc tamen nimium redolere incipiunt, cum franguntur & conteruntur vsq; ad puluerem. Sic etiam cor hominis integrum & durum, nullum prorsus ex se bonum spirat odorem. Quod si dolore aliquo remisso & tepido (quem theologis scholasticis appellare placuit attritionem) conteratur: quandam boni odoris fragrantiam quamuis remissam deo reddit. Si vero integro (vt decet) dolore fuerit cōtritum: tam suauem spirat odorem vt nullum aliud boni odoris genus possit excogitari. Christi passionem semper exceptam esse ve-



Homilia;
lim, cui nihil est quod possit vel ex longin-
quo comparari) quod sit deo magis accep-
tum. Bene ergo David postquam veteris le-
gis sacrificia reiecerat, sacrificium quod de-
um placare, & nostra peccata expiare vale-
ret expressit: dicens. Sacrificium deo spiri-
tus contribulatus: cor contritum & humi-
liatum deus non despiciet. Hoc sacrificium,
figurat illa turturis oblatio, cuius ritum &
ceremoniam postquam Moyses descripse-
rat: continuo de illa subiunxit. Holocaustum
est, & oblatio suavisissimi odoris domino. De
illius autem turturis oblatione tale preceptum
habetur. Offerret eam (inquit) sacerdos ad al-
tare & retorto ad collum capite, ac rupto vul-
neris loco, decurrere faciet sanguinem su-
per crepidinem siue fundamentum altaris.
Vesiculam vero gutturis & plumas proci-
et prope altare, ad orientalem plagam, in lo-
co in quo cineres effundi solent. Confrin-
get ascellas eius, & non secabit nec ferro di-
videt eam. Et adolebit super altare, lignis
igne supposito holocaustum est & oblatio
suavisissimi odoris domino. Turtur que gene-
re, non canere nouit, figura est poenitentis
qui sicut antea exultabat in rebus pessimis
nunc cogitat annos suos in amaritudine
vite sue: & propter peccata que se commisit
se meminit: quasi luctum vniuersi facit plan-
ctum.

Leui. I.

Vigesimo tertia. Fo. 161.
ctum amarum. Sacerdos qui hanc turturam
offert, praedicator est, qui peccatorem docet
& monet siue ipsemet peccator dum de pro-
fectu suo satagit: & mentem suam per exte-
riora prius euagat ad seipsam redire con-
pellit. Huius turturis caput, ad collum retor-
turi iubetur: ut corpus suum respicere vi-
deatur. Primum enim quod peccator qui ad
deum conuerti optat, facere debet, est: ut alijs
relictis, in seipsum uertat oculos, & statum suum
consideret. Videat unde, & quo deiectus est,
quanta bona amisit, quanta mala inuenit.
Caput autem sic retortum non est omnino
abrumpendum, neque a corpore protinus se-
parandum quia mens que in capite signifi-
catur, non omnino est a carnis cura abstra-
henda. Oportet enim peccatores modum tenere
cum carnem suam affligere satagunt,
quae ut (iuxta apostoli consilium) sint castigati
& non mortificati: carnem suam reprimere
re oportet, non extinguere. Hoc autem fiet,
si carni sola necessaria tribuantur: non autem
superflua. In necessitatibus ergo est illi pro-
videndum. Rupto vulneris loco, iubetur ut
sanguis decurrat & desinat super fundamē-
tum altaris. Altare, nostrum cor est, in quo
deo spiritualia immolamus sacrificia. Huius
altaris crepido siue fundamentum (quod idem in
hoc loco esse vel ex eo constare potest: quod
X



Homilia

septuaginta basim pro crepidine posuerūt) est Christus saluator noster: de quo Paulus ait. Fundamentum aliud nemo ponere potest. præter id quod positum est: qui est Christus Iesus. Sanguinē significare appetitum, iam alias me dixisse memini: quā sicut vita carnis in sanguine est, sic vita animæ in appetitu.

Si carnali appetitu regitur, vita illius carnalis erit: si autem appetitu ducitur spirituali vita illius etiā spiritualis erit. Sanguis ergo qui rupto vulnere a corpore ad fundamentum decurrere iubetur, significat quod appetitus & amor noster, qui per pœnitentiam a carnalibus recedit, in Christum transire debet: ut deinceps cū Paulo dicere valeat. **Uo**

Calla, 2. ego iam non ego, viuit vero in me Christus. Iubet deinde lex, ut vesiculā gutturis & plumas sacerdos proiciat ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent. Cum in gutture verba formentur, quid gutturis vesicula significabit, nisi tumorem qui de eloquentiæ pompa oriri solet? Plumæ quæ auem in altum subleuant, & quibus auis in aere suspenditur (quantum ego capio) omnem superbiæ occasionem ex qua ipsa superbia fouetur & nutritur significat. Plumæ sunt diuitiæ: quoniam hæ plurimum superbiæ fauent. Plumæ sunt scientiæ omnes: quoniam scientia inflat. Plumæ sunt omnes

Vigesimalertia. Fo. 162.

nes corporis dotes, & gratiæ: prout sunt pulchritudo, robur, agilitas, & aliæ id genus quæ non modicā superbiæ materiam ministrare solent. Sed hæ plumæ simul cum vesicula proiici iubentur: quia non solum ipsæ superbiæ tumor est abiciendus: sed omnis etiam superbiæ occasio reicienda. Sed quæ ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundi solent plumæ proiici iubentur, non vacat mysterio: quoniam in eo factio totius superbiæ & elationis antidotum nobis insinuatur. Nam in illis duobus, duo totius nostræ vitæ fines significantur, natiuitas scilicet & mors. Orientalis plaga natiuitas est hominis, a qua vita humana ortum habet & initium. Locus in quo cineres effundi solent sepulturam denotat. Nā si corpus mortuum cinis dicitur: locus in quo huiusmodi cinis recondi solet, sepultura merito dicitur. Vesiculā ergo gutturis & plumas proicere ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundi solent, est natiuitatem nostram & sepulturam considerare, ut omnem superbiæ tumorem a nobis excludere valeamus. Nihil enim a que iuuat ad superbiā reprimendam: quā si cōsideret quæ suæ natiuitatis & mortis conditionem, qualis videlicet fuit cum natus est, qualis etiam post mortem futurus sit. Nullus est qui



Homilia.

de eloquentia gloriari audeat: si considerauerit se elinguem natum, nec verba proferre scientem. Nullus de scientia aliqua intabitur, si consideret se cum natus fuit a deo fuisse ignorantē, vt bruto fuerit simillimus. Quis de dotibus corporis gloriabitur, si diē mortis & sepulturæ ob oculos suos semper constituere vouerit? Ibi enim talis non erit qualem modo se esse inaniter gloriatur: Ibi enim iacebit corpus deforme absq; vlla pulchritudine, absq; robore, sine agilitate, sine vlla deniq; corporis dignitate, vt intelligat supb? nō a suo corpore: sed aliū de mutuata fuisse illa de quibus tam vane gloriabantur. Nullus est etiam (vt æstimo) a deo demens, qui si bene suam natiuitatem & sepulturam considerauerit, de diuitijs suis superbiat. Nihil enim in hunc mundū intulimus, haud dubie nihil inde auferem?. Vesiculam ergo & plumas proicit ad orientālē plagā, in loco in quo cineres effundi solent, qui natiuitatis suæ & mortis conditionē bene considerans, oēm superbix tumorem a se abiicit. His itaq; omnib? peractis, oblatio est & holocaustum suauissimū odōris dño, qm̄ nihil æque fragat deo in odorē suauitatis, quam si peccator maleactorum pœnitens, cor suū quod ante demoni & mundo & carni dederat, illis oibus relicto, deo totū offerat. Meo

Vigesima tertia. Fo. 163.

rito ergo Dauid ait, Sacrificium deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatū deus non despicias. Tu ergo, qui deū totis peccatis te offendisse agnoscis, si illū placare optas, noli quærere sacrificiorū multitudinē: cum apud te habeas quo illum placare possis. Offer illi contritū: facies ex illo holocaustū, si illud totū in igne diuini amoris consumpseris. Offer illi intellectum tuū, qui semper deum & ei? bonitatē cogitet. Offer memoriā: vt illa, in beneficiorū dei recordatione, tota expendatur. Offer illi voluntatē vt illum toto corde diligas. Cum te peccas se memineras, omnem a te reiciens lætitiā, planges & gemes, vt turtur. Curam carnis non facies in desiderijs suis. Omnes plumas hoc est, omnem superbix elationē, omnēq; illius occasionē, a te abiicias. Vt aut hoc facilius præstare possis, considerabis natiuitatis tuæ & mortis conditionem: ita vt qualis natus sis, qualisq; post mortē futurus, semper memineras. Nā & hoc plurimū iuuat ad omnem superbix tumorem reprimendū. Hoc sacrificio placabis sic deum vt omnia facile tibi cōdonet peccata, & gratiā tribuat, qua gloriam deniq; assequi possis sempiternam: per merita Iesu Christi domini nostri, qui cum patre & spiritu sancto viuūt & regnat in sæcula sæculorum, Amen.



Homilia,
Homilia vigesimaquarta.

Benigne fac dñe in bona voluntate tua
syon: vt ædificentur muri tui Hierlm.



Vi nimum anxie rem
aliquã desiderat, nihil
intentatũ relinquit, vt
illam assequatur. Si illã
a quouis alio petere est
necesse, & suo nomie
impetrare non sperat,
nomine aliorũ quos a
micissimos esse credit petere satagit: cõfidēs
q̄ illi⁹ animum facile amicorum merita flectere
poterunt: vt suis petitionibus aniuat.
Sic enim nunc Dauidem fecisse censeo. Hic
enim cum misericordiam a deo sibi dari optaret,
prius illam suo nomine petiit: dicens. Mi
serere mei deus secũdum magnam misericor
diam tuam, Merita sua, quibus deum vt id
faceret, persuadere posset, obtulit: dicens.
Quoniam iniquitatẽ meam ego cognosco:
& peccatũ meum contra me est semper, Sua
peccata que etiam occulta esse credebat, pro
dere non erubuit: quo clarior & illustrior dei
iustitia omnib⁹ videretur: & de⁹ victor euas
deret, cum illum ad iudiciũ quis vocare vo
luisset. Nã his meritis (si merita dici possunt)
deus ad misericordiam flecti solet. Verum
quoniam suis meritis non vsq; a deo fidit: vt

Vigesimaquarta. Fo. 164.

illis solis intercedẽtib⁹ misericordiã quã op
tat, se posse assequi credat, nomime illi⁹ su
perne ciuitatis Hierusalem, quã deo gratis si
mã & perpetuo amicitie fœdere iunctã esse
optime nouit, nũc misericordiã petit: dicēs,
Benigne fac dñe in bona voluntate tua syo:
vt ædificetur muri tui Hierlm. Ac si diceret.
Nisi tu cũ hac inferiore & militãte ecclesia, q̄
per syon significata est, benigne egeris, muri
illi⁹ supernæ Hierusalẽ qui olim corruerũt,
reædificari non poterũt. Lapides, qui ad illo
rũ ædificationem sunt necessarij, ex hac in
feriori ecclesia: tanquã ex quãdã lapidicina
sunt desumẽdi. At lapides omnes, qui in hac
syon reperiri possũt, ad tã magnificum ædi
ficiũ, quale est in illa superna Hierusalẽ quæ
mater est nostra, iudicabũtur: in digni: nisi tu
benigne cum illis egeris illos tua benignissi
ma misericordia dignos faciēs, qui tã magni
fico ædificio congruant. Vt igitur muri illi
quos olim corruisse non dubito, reædificen
tur: te benigne agere cũ peccatoribus oportet.
Sed vt hæc clarius innotescant, oportet:
vt ostẽdamus structurã illius supernæ ciui
tatis Hierusalem: deinde ruĩnam murorum:
postea illorum reædificationem, & vnde sint
reædificandi: demum ostendere oportebit
quantum sit dei misericordia ad huiusmodi
reædificationem faciendã necessaria. Quod



Homilia

autē illa cœlestis patria, nomine Hierusalē significetur: testatur Paul⁹, qui de illa ita ait
Galla. 4. Illa aut̄ quæ sursum est Hierusalem, libera est: quæ est mater nostra. Libera quidē: quia nulli malitiæ aut corruptioni subicitur. Et ipsa nominis interpretatio illi supernæ habitationi aptissime conuenit. Nā Hierusalē visio pacis interpretatur: & illa cœlestis patria, tanta pace fruit̄, vt omne bellū nesciat: quā nullus est ibi hostis, qui beatos inuadere possit. De structura ergo ciuitatis illius loquentes, eas solas ciuitatis partes explicabimus, quas beatus Ioannes in Apocalypsi de illa loquens, explicuit. Nā quod ille subticuit, quis erit tam temerarius, vt ad illud exprimendum, se idoneū esse censeat? De illa cœlesti Hierusalem beatus Ioannes loquens, ait: totam illam esse aurum mundum simile vitro mundo. Magnifica quidem materia, qualem regia illa ciuitas requirebat. Sed id aduertendū est: quod ad maiorem materię commendationem: aurū illud ex quo ciuitatem constructam esse dixit, non qualecunque esse ait: sed aurum mundum, & simile vitro: vt claritatem simul & perspicuitatē illius supernæ ciuitatis ostenderet. In auro enim claritas denotatur: in vitro perspicuitas. Nam aurum cætera omnia metalla excellit in fulgore & valore. Ob quam causam

Vigesima quarta Fo. 165.

auri nomine, charitas significatur sæpe in sacris literis: quoniam hæc (iuxta Pauli sententiam) reliquas omnes superat virtutes. Sic enim accepit beatus Ioannes, cum in eadē Apocalypsi angelo Laodicie, qui se diuitem & nullius egentem iactabat, ait. Suadeo tibi emere a me aurum ignitum probatum: vt locuples fias. Nam charitate sola locupletamur: & hanc precibus & gemitibus, & vitæ melioris proposito, adeo emit peccator: quā præter hæc nihil ab illo requirit clementissimus deus, qui bonorum nostrorum non indiget. Superna ergo Hierusalem, aurum dicitur: quia tota illa in vera charitate, dei videlicet & proximi dilectiōe occupatur. Sed non qualecunque aurum esse dicitur: sed aurum mundum: quia charitas quæ in illa beata ciuitate habetur, ab omni peccatorū forde est repurgata: nihil de hac terrestri conuersatione habens admixtū. Quam in re ostendit beatus Ioannes, quantum illa cœlestis & victrix Hierusalem, hanc terrestre & militatē excedat. Quoniam & si hæc inferior & militans ecclesia, aurum sit, non tamè plene purgatum: quia iusti qui in ea sunt, quālibet charitate ferueant (Christum & eius matrem cum de peccatis mentionem fecerit Augustinum imitatus, semper excipio) omnes se peccatum habere fateantur. Et si hoc I. Ioan. 1



To. 1.

Homilia. mibpiv

negarent, seducerent seipfos (vt ait beatus Ioannes) & veritas in illis non esset. Charitas enim quæ in hac vita habetur, semper habet quandam peccatorum venialium scortiam admixtam. Et si hæc deesset, quod raro, aut forte nunquam continget: illa carnis molestia quæ semper spiritui repugnat, illum semper ad malum sollicitans, ne dicam, impellens facit vt charitas qua deum iustus in hac vita diligit, non sit a deo vt oportebat perfecta, non sit plene purgata ab amore huius terrestris habitationis: quoniam quandiu anima est corpori confusa, oportet vt aliqualem illius curam habeat: quofit, vt quandiu intra mortale hoc corp⁹ vixerit, deum toto corde diligere non possit. At charitas quam habent ciues illius superne Hierusalem, nullam admittit peccatorum scortiam: nullam carnis aut alicuius alterius rei terrestris sustinet curam: ob quam causam beati qui illam charitatem possident, toto corde, & toto affectu diligunt deum: in illum tota mente feruntur. Bene ergo dicitur de illa ciuitate, quod ipsa sit aurum mundum: quia tota illa ciuitas est clara micante auro. Sed quod aurum illud vitro simile esse perhibetur, huc tendit: vt innuat in illa beata ciuitate omnium corda esse sibi inuicem manifesta. Vitri enim naturam hanc ha-

Vigesima quarta .Fo. 166.

bet, vt oculis obiectum, nihil aut parum impediat, quo minus oculi videant ea quæ post vitrum collocata sunt. Est enim vitrum perspicuum: & ob hanc causam quid quid intra vitrum continetur, latere non potest, sed patet oculis intuentium. In altis autem metallis siquid in illis continetur, sic absconditur: vt minime videatur. Charitas quæ in hac vita possidetur, aurum est: sed simile vitro non est: quoniam iusti qui illam habent, corda sua vicissim intueri non possunt. Charitas cuiuslibet in hac vita existentis, sic omnes latet, vt nemi-
 mini pateat. Sicut enim nemo de seipso scit an odio vel amore dignus sit, ita nec de quouis alio. Quandiu aia nostra hoc tenebroso & corruptibili tabernaculo includitur, aliorum aut cogitationes, aut affectus intueri non possumus. De hoc tempore locutus est Paulus: cum ait. Quis scit hominum quæ sunt hominis: nisi spiritus hominis qui in ipso est? Hæc ergo ciuitas inferior quamuis aurum sit, non tamen simile vitro: quoniam iusti qui in ea viuunt, & si charitate fulgeant: sua tamen corda mutuo videre non valent. At superna illa & beata ciuitas, aurum mundum dicitur simile vitro mundo: quoniam beati omnes qui in illa perenniter viuunt, maximo charitatis splendo-

I. Cor. 2.



Homilia, 167

re fulgent: & suorum cordum claritatem al
ternis inspiciunt. Ibi enim cuiuslibet ani
mus sic patebit alteri, ut illum corporis mo
les ab aliorum oculis abscondere non possit.
Et (ut verbis beati Gregorij in moralibus
vitar) sic unusquisque tunc erit conspicabilis
alteri, sicut nunc esse non potest conspicabilis
sibi. Et ob hanc causam, ciuitas illa similis vi
tro esse dicitur, quia beatorum corda ad in
star vitri perspicua esse creduntur. Ciuitas
ergo illa in qua omnes sancti tanta claritate
fulgent, tanta perspicuitate translucent quae
sua singulis corda manifestat, ex auro facta
esse dicitur simili vitro mundo: ut in auro
illius claritas, in vitro perspicuitas designe
tur. Magnifica quidem materia: sed mate

Apo. 21. riam superat opus. Ciuitas in quadro posi
ta est: quoniam longitudo & altitudo & lati
tudo equalia sunt. Latitudo pertinet ad cha
ritatem, de cuius latitudine propheta lo
quens ait. Latum mandatum tuum nimis.
ps. 118. Et iterum. Statuisti in loco spaciofo pedes
ps. 30. meos. Pedes nostros in loco spaciofo statuit
cum nobis amicos & inimicos diligere pra
cepit. In loco angusto pedes suos statuerat
qui dicebant. Diliges proximum tuum, &
Mai. 5. odio habebis inimicum. Latum nimis est
mandatum, quod a suo ambitu neminem ex
cludit, neque etiam inimicum. Latum nimis est

Vigesimaquarta. Fo. 167.

mandatum, quod ad omnium, etiam inimicorum
dilectionem se extendit. Altitudo
pertinet ad contemplationem, propter quod
propheta de illo qui deum scrutari nititur,
& non valet loquens: ait. Accedet homo ad
cor alterum, & exaltabitur deus. Tunc enim ps. 63.
homo ad cor altum accedit, cum alta dei my
steria contemplari nititur. Sed tunc exalta
tur deus, ut se nostra contemplatione altio
re ostendat. Altitudo & latitudo sunt aequa
lia: quia quantum quisque in illa beatitudine de
deo cognoscit: tantum amat: quia nihil in illo
contemplatur quod non sit dignum amari. Longi
tudo, ad temporis immensitatem refertur.
Sic enim sapiens appellauit aeternitatem, di
Pro. 31. cens. Longitudo dierum in dextera eius. Longi
tudem dierum, dixit aeternitatem. Haec au
tem longitudo aequalis est latitudini & alti
tudini: quoniam in tota illa dierum longitu
dine, non desinent deum contemplari & di
ligere. Quam longa est aeternitas, tam lon
ga erit visio & dilectio. Haec ciuitas duode
Apo. 21. cim portas habere dicitur: ab oriente portae
tres, & ab aquilone portae tres: ab austro por
tae tres: ab occasu portae tres. Ad quamlibet
mundi plagam portas habere dicitur ut om
datur illius ciuitatis ingressum nulli natio
ni aut genti esse denegatum. Nulla est enim
gens tam fera: nulla natio tam barbara, cui



Homila,

(si deum veneretur & illum toto) vt decet
(corde diligit) non pateat introitus in illam
sanctam ciuitatem. Quod autem tres portę
ad quamlibet mundi plagam describuntur;
significat neminem posse ingredi in illā san-
ctam ciuitatem nisi qui fidem sanctissimę
trinitatis susceperit. Vel ideo tres portę esse
dicuntur: quia tres sunt virtutes: videlicet
fides: spes; charitas, quę nos ad vitam bea-
tam introducunt. Sed hęc portę clausę esse
dicuntur: vt nullus illuc intrare possit qui il-
lius ciuitatis pacē perturbare valeat. Clausi
sunt beati in illa ciuitate, non ad custodię
pœnam: sed ad quietem & securitatē. Hinc
est qđ propheta beatos omnes admonet, vt
deum propter inmensum hoc quod illis cō-
tulit beneficium laudare non cessent: dicit.
Lauda Hierusalem dominum: lauda deum
tuum syon. Quoniam confortauit seras
portarum tuarum: benedixit filios tuos in
te. Seras confortauit cum eas ne amplius
aperiri possent: firmavit. Nam sera ad hoc
in porta ponitur, vt intrandi licentia dene-
getur. Cum ergo seras confortatas esse dicit:
clausas esse illius beatę ciuitatis ianuas
ostendit. Et hoc factum esse constat quan-
do virgines illę prudentes quę paratę erant
intrauerunt cum sponso ad nuptias: Tunc
enim sponsus clausam fuisse ianuam dixit.

Ps. 147.

Mat. 25.

Vigesimaquarta. Fo. 168.

Clausula quidem est ianuę illius supernę ci-
uitatis: vt nullus sanctorum inde exire nec
aliquis peccator illuc intrare possit. Muri
illi ciuitatis ex lapide iaspide esse dicun-
tur. Et erat structura muri eius (ait Ioan-
nes euangelista) ex lapide iaspide. Muri illi
us ciuitatis sunt beati qui in tāta bonę ope-
rationis firmitate persistunt: vt iam inde a-
moueri non possint. Sed isti muri ex lapide
iaspide esse dicuntur: quia de firma bonorū
cœlestium spe, peruenitur ad constantē &
perpetuam possessionem. Merces siquidē
& pręmium spei est possessio: nec vllus vn-
quam constanter possidebit: nisi qui firmi-
ter sperauit. Spes autem in lapide iaspide
de significatur: quoniam lapis hic viridis est
coloris: & spes natiuam quę nandā habet viri-
ditatē, ita vt arida esse non possit. Propter
quod beatus Petrus vocauit spem viuā: quia
semper viuuit in spe fructus habendi: quod si vi-
ua non esset, spes non esset. Structura ergo
muri ciuitatis est ex lapide iaspide: quia ius-
tus omnis qui in structura illius ciuitatis po-
ni debet, oportet vt prius in viriditate boni
propositi, & firma bonorū cœlestiū spe per-
seuerauit. Qui in bono proposito existit,
lapis est ad structuram murorum aptus: si
in eodem bono proposito persistit, in stru-
ctura murorum ponetur. Quod si a bono

Apo. 21.

1. Pe. 1.



Homila,

Eze. 28.

Ioan. 8.

proposito semel cœpto desistit, reprobabitur tanquam indignus: quoniam structura muri illius ex lapide iaspide fieri dicitur. Et ob hanc causam, Lucifer ille qui in ornamento suo omnem lapidem preciosum habebat cum omnibus suis a seclis reprobatus est, & illo ædificio iudicatus indignus: quoniam (vt ipsa veritas ait) in veritate ille non stetit. Conditus quidem in veritate fuit a deo: sed in illa non permansit. Conditus quidem in veritate: quoniam (vt beatus pater Augustinus ait) Creauit deus angelos, simul in eis condens naturam: & largiens gratiam. Sed quia gratiam aut veritatem quam a deo acceperat, peccando amisit: viriditatem iaspidis non habuit: & ideo reprobatus est ab illa murorum structura, in qua nullus nisi perfectiorans reponitur. Nō quod in illa murorum structura vnquam repositus fuerit: sed quia ad illam si perseverasset deputatus erat. Et ob hanc causam, muri illius ciuitatis corruisse dicuntur: non quod aliqua murorum pars corruerit, sed quia lapides qui ad horum murorum structuram conditi fuerant, corruerunt. Alioqui si iam in structura murorum locati fuissent, cadere nō potuissent. quoniam quicquid in illa ciuitate semel repositum est iam perpetua securitate sic firmatum est: vt perire non valeat. Sed quoniam angelis cadentibus

Vigesima quarta. Eo. 169.

dentibus, murorum structura non fuit consummata: alii de lapides deus sumere de creuit qui illi ædificio congruerent, & illud consummare valerent. Homines igitur creantur vt in locum angelorum subrogarentur, Nō tamen omnes homines illi ædificio conueniunt: quoniam eorum multi sunt tanquam lapides rudes, qui nunquam fuerunt per virtutū laborē & exercitiū politi. Et ob hanc causam ab illa structura reiciuntur tanquam indigni. Solum isti qui in virtutibus meditati sunt illuc collocantur. Hi enim soli sunt quibus beatus Petrus ait. Vos tanquam lapides viuī cœdificamini in ædificiū domus spiritalis dei. Hi sunt lapides illi de quibus dicitur. Tunc in quibus presuris, expoliti lapides, suis coaptantur locis, per manum artificis: Disponuntur permanenti sacris ædificiis. Ante enim quam in structura cœlesti reponantur, prius deus lapides in hac vita polit laboribus, afflictionibus, tribulationibus, & angustiis. Qui ergo in illo supernæ ciuitatis ædificio collocari optat, oportet vt se prius politum permittat: tribulationes illum sustinere est necesse. Alioqui tanquam lapis rudis & minime politus reprobabitur. In hac vita poliuntur, vt tandem in alia vita in illo cœlesti ædificio reponantur. Tunc enim politendi tempus non est: sed construendi.

I. Pe. 2.



Homilia,

3. Re. 6.

quod merito in figura dictum est de domo illa quam Salomon edificauit deo de lapidibus dolatis atque perfectis, quod malleus & securis & ferramentum non sunt audita cum edificaretur. In lapidicina ubi lapides dolabantur, malleus & ferramenta erant: sed cum in edificio lapides ponebantur, malleus non erat: quia in lapidicina fuerant lapides plene dolati, & politi: ut nil postea poliendum restaret cum in structura disponebantur. Vita haec praesens, quasi quaedam lapidicina est, unde homines exciduntur per mortem. Vita haec praesens quaedam latonia est, in qua homines a vitiorum ruditate dolantur & poliuntur: ut in illa supernae ciuitatis structura iuxta suum cuiusque meritum collocentur. Hic malleus tribulationis audit: quoniam hoc malleo lapides poliuntur: ut sic dolati hinc ad aedificium transferantur. Illic, malleus non auditur: quoniam non eget malleo aut alio quouis ferramento quod illuc deportatum est: cum sit iam perfecte dolatum & politum. Illic enim nulla est afflictio: nullus dolor, nullus luctus, nulla fames, nulla sitis, nulla mors nulla denique tribulatio, quoniam omnia haec iam abierunt, & noua facta sunt omnia. Hic ergo deponere oportet omnem malitiae ruditatem ut sic dolati, in structura illius supernae ciuitatis collocari mereamur. Hic ad tempus lugere oportet: ut illic consolationem perpetuam

Vigesimaquarta. Fo. 170.

habeamus. Hic esuriamus & sitiamus: ut illic perpetuo satiemur. Hic laboremus: ut illic sine fine quiescamus. Unde non parum solati occasione, ex ipsa tribulatione afflicti sumus quisque capere potest, si consideret quod illa tribulatio est quoddam futurae quietis pignus. Ad hoc enim deus flagellat filium, ut flagellis emendatus, dignus fiat qui ad hereditatem admittatur. Ad hoc deus nos hic per flagella tundit, ut postea in superno illo aedificio sine ulla disciplina percussione iuxta cuiusque nostrum merita disponamur. Quo fit: ut tribulatio ipsa sit quasi quidam futurae consolationis nuncius: quoniam deus post tempestatem tranquillum venire facit. Sed quoniam (ut beatus Paulus ait) Non sunt condignae passiones huius saeculi ad futuram gloriam quae reuelabitur in nobis. Benigne deus cum hominibus, praesertim peccatoribus, facere oportet, ut illos etiam post multas huius vitae tribulationes, ad perpetuam illius supernae ciuitatis quietem transferre dignetur. Nullus est enim lapis quamlibet dolatus atque politus, quem si deus ad nimis exactum iustitiae gnomem examinare voluerit, non possit iustissime reprobare. Non est enim homo qui non peccet: nec infans cuius est unius diei vita super terram. Nam iustum, de qua

M. 303

35. da

Tho. 3.

Rom. 8.

31. 10

Pro. 14.



Homilia

Iob. 14. minus suspicari poterat, septies in die cade
re, dixit. Ecce enim qui seruiunt ei non sunt
stabiles (ait Iob) & in angelis suis repperit
prauitatem: quanto magis hi qui habitant
domos luteas, qui terrenum habent funda-
mentum, consumentur velut a tineas? Si an-
geli, qui a carnis contagione, natura liberi
sunt, peccauerunt: quanto magis homines
qui carnis molestiam ad malum semp allici-
entem & impellentem sustinent, peccare creden-
dum est? Ecce luna non splendet, & stellae non
sunt mundae in conspectu eius: quanto ma-
gis homo putredo & filius hominis vermis?
Neque enim tota ecclesia, neque singulorum iu-
storum mentes a peccatorum sordibus munda
da reperiuntur, si deus illos omnes remota
pietate iudicare voluerit. Propter quod David
etiam cum peccata sua a deo sibi donata esse
sciebat, in alio quodam psalmo precatur deum:
ps. 142. dicens. Non intres in iudicium cum seruo tuo
domine, quia non iustificabitur in conspectu
tuo omnis viuens. Et ob hanc causam Da-
uid nomine illius ciuitatis supernae Hieru-
salem, nunc petit, ut deus benigne faciat huic
inferiori ecclesiae, quae per syon significata
est: quoniam nisi id fecerit, muri illius ciuitatis
superne nunquam aedificabuntur. Omnes enim
(ut ait Paulus) peccauerunt & egent
Ro. 3. gloria dei. Omnes enim egent benignissima,

Vigesima quarta. Fo. 171.

& nunquam exhausta dei misericordia quae
gloria est eius. Magna quippe dei gloria est
quod peccatores tolerat, eos non statim di-
gnis ultionibus puniens. Maior quod pec-
nitentibus peccata condonat. Maxima, quae
gratiam deinde tribuit, qua vitam aeternam
promereri possint. Omnes igitur hac dei gloria
(illius videlicet misericordia) egent: quia om-
nes peccauerunt. Benigne igitur & miseri-
corditer cum hominibus deum facere oportet,
si aliquos in illam supernam ciuitatem,
in qua nihil inquinatum intrabit, vult intro-
ducere. Deus ergo cum sit benignissimus,
ut nos in illam supernam Hierusalem, quae
est mater nostra introduceret: benigne nobiscum
agere decreuit. Benigne inquam &
benignissime nobiscum fecit, cum pro nobis
homo fieri, & homo factus, pro nobis mori
dignatus est. Propter nimiam enim charita-
tem suam, qua dilexit nos (ut ait beatus Paulus Gal. 4.)
misit deus filium suum, factum ex muliere:
factum sub lege: ut eos qui sub lege
erant redimeret. Nihil certe benignius esse
potuit, quam proprium filium morti tradere,
ut redimeret seruum: nec tamen hunc bo-
num, sed inimicum & ingratum, transfugam
& desertorem. Commendat autem charita-
tem suam deus in nobis: quoniam cum adhuc
peccatores essemus. Christus pro nobis mori. **Ro. 5.**



Homilia, ^{XXXIV}

tuis est. Benigne etiam deus quotidie cum ecclesia hac inferiore facit, cum eam de iis, quæ oportet docet: cum illam inter tot tribulationes positam, per spem futuræ & perpetuæ quietis consolatur. Benignissime cum illa quotidie facit, cum peccatores, qui in illa tanquam mali pisces in sagena continentur, toties tolerat: toties ad poenitentiam inuitat: allicit, & impellit: cum poenitentibus peccata dimittit: & gratiam qua a futuris cauere possit, præstat. Hanc benignitatem, nunc sibi & aliis peccatoribus Dauid postulat: dicens. Benigne fac domine in bona voluntate tua syon, vt ædificentur muri Hierusalem. In bona (inquit) voluntate tuâ: vt nos doceret, nihil boni a nobis ipsis nos facere posse: sed omnia ex dei bona voluntate qua vult omnes nos saluos fieri: procedere. Benigne igitur fac tu domine, qui pius & benignus es, cum peccatoribus: eos non statim puniens, sed patienter sustinens. Benigne fac cum illis, eos: vt peccata sua cognoscant, illuminâs. Tu illorum affectum igne tuî amoris accende: vt peccata sua plene (vt decet) odire valeât. Poenitentibus peccatoribus peccata condona: alioqui solæ non agnoscant tanquam ouis in deserto manebunt: nisi tu centesimam quæ errauerat, & perierat super humeros tuos portare dignatus

Vigesimaquinta. Fo. 172.

fueris & ad caulas perducere. Benigne fac domine cum peccatoribus, eos cum poenitentibus in domum tuam recipiens: alioqui nûquam implebitur numerus beatorum in superna ciuitate locandus. Benigne ergo & benignissime te facere oportet cum peccatoribus, illis post poenitentiam gratiam quam vitam æternam assequi mereantur tribuens: vt vel sic ex hominibus possint in staurari ruinae illius ciuitatis supernæ hierusalẽ. Ad cuius incolarum nos aliquando perducere digneris: per merita iesu Christi filij tui, Qui tecum & cum spiritu sancto viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

Homilia Vigesimaquinta.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta: tunc imponet super altare tuum vitulos.



MNIVM eorum qui per viam perfectionis incedere satagunt: proprius hic genius est: vt manu ad aratrum semel missa, nunquam retro respiciant: nec in bono semel accepto sistere velint: sed ad vltiora semper progredi conentur: vt de virtute in virtutem euntes, videatur ab illis deus deorum in syon. Nam sancta illa quatuor animalia quæ iustorum



Eze. I.
Phi. 5.

figuram gerere iam supra docuimus, coram
facie sua ambulare (iuxta Ezechielis pphē-
riā) dicuntur. Et beatus Paulus, qui interper-
fectos viros merito cenferi potest, dicebat.
Quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad eā
vero quæ sunt propria extendēs meipsum,
ad destinatum persequor, ad brauiū super-
næ vocatiōis dei in Christo Iesu, Ante nos
æterna sunt, retro autem temporalia : quia
ab istis recedentes, ea post dorsum relinqui-
mus; ad illa autem pergentes, ea inuenimus.
Talia ergo quæ post tergum relinquerat,
oblitus Paulus ad æterna perquirēda se ex-
tendebat, vt ad brauium supernæ vocatiō-
nis peruenire valeret. Idem nunc in Dau-
de si attendimus, contēplari possumus. Hic
em̄ quāuis non statim, peccato dimisso, fue-
rit perfectionē assecutus, viam tamen perfe-
ctionis statim ingredi cœpit. Et ob hanc cau-
sam de dei mīa confusus, peccata quæ comi-
serat post tergum relinquit. illaq; quasi ob-
liuiscens, ad æternam beatitudinē extendit
seipsum, de illius statim cogitans & loquens :
& ideo ait. Tunc acceptabis sacrificium iusti-
tiæ, oblationes & holocausta, tunc imponet
super altare tuū vitulos. Tunc dico, cū vide-
licer edificaueris muros illius supernæ ciui-
tatis Hierusalē. Tunc in quā, cū lapides dor-
latos & politos in murorū structura posue-

ris: acceptabis sacrificiū iustitiæ. Non sacri-
ficia taurorum & vitulorum, quā hæc nun-
quam tibi fuerunt accepta. Hæc em̄ sola di-
uina mīa disponente, sacrificia fuere. Nam
hæc (vt alias me dixisse memini) nō propter
aliquam illis insitā vtilitatē a deo ordinata
sunt; sed vt populus ab idololatria, ad quā
pronus erat, auocaretur, & per illa in vnus
veri dei cultu teneretur. Nulla enim erat ra-
tio, nullumq; æquitatis argumentum, vt cū
homo grauit̄ deliquisset, vitulus aut hircus
morte plecteretur. Nihil enim commeruit
ouis innocens & peccati nescia, cum homo
graue aliquod scelus commisit. Et ideo con-
stat, nisi veræ & absolutæ iustitiæ in talibus
sacrificijs fuisse. At in illa superna Hierusa-
lem, acceptabit deus sacrificiū iustitiæ, obla-
tiones & holocausta. Sed de hoc sacrificio
iustitiæ, quale sit, alij aliter sentiunt. Quidā
enim de sacrificio spiritus contribulati hic
facto, intelligunt. Alij de sacrificio illic faciē-
do interpretantur. Illic enim sacrificiū erit
laudis, quale Oseas propheta describit di-
cens. Omnem aufer iniquitatem, & accipe
bonum, & reddemus vitulos laborum no-
strorum. Et in psalmo quadragesimo nono:
dei nomine Dauid ait. Immola deo sacrifici-
ū laudis, & redde altissimo vota tua. Ille
sacrificiū laudis deo immolat, q̄ a terrenis vi-

Ose. 14.
ps. 49.



Homila, *in* *Matth.*

tiis elongatus, deum laudat: propter poten-
tiam, qua omnia alia ex nihilo condidit, p-
pter sapientiam, qua cuncta disponit; pro-
pter pietatem, qua peccatoribus parcit p-
pter immensam eius liberalitatem, qua suis
ministris amplissimo pmo donat. Ille deo
sacrificium laudis immolat, qui illum supra
me bonum credens, super omnia desidera-
bilia diligit. Deo siquidē dulcisona vox non
placet sed actus bonus. Hoc igitur est deo
acceptum sacrificium, hoc est holocaustum
pingue vt laudet deus ab homine quē crea-
uit: quem morte sua redemit, cui regnum cœ-
leste promisit. Et merito laus hæc, sacrificiū
dicitur: quia non solum illud dicendum est
sacrificium, in quo peccudæ mactantur: sed
omne sacrum factum quod deo offertur.
Hoc sacrificiū incessanter offerunt deo be-
ti, qui in domo illius sunt; quoniam (vt alibi
Dauid ait) in sæcula sæculorum laudabunt
illum. Hoc est sacrificium iustitiæ: quoniam
iustum est: vt suum cōditorem creatura lau-
det: captiuus redemptorem, Muris illius ci-
uitatis superne ædificatis, tunc sacrificium
laudis (quod iustitiæ sacrificium est) deus ac-
ceptabit. Acceptabit, inquam, tūc sacrificiū
illud: quia sanctæ illorū cogitationes nulla
terrenarum cogitatione miscebuntur sed to-
tas eorum cogitationes, totos affectus, deo

p. 85.

Vigesimoquinta. Fo. 174

incessanter & absq; vlla diminutione offe-
rent. Verū qualiter relique huius versiculi
partes, possint iuxta hæc interpretationem
hinc coherere, non facile patet. Nō em̄ facis-
le est explicare, q̄ sint in illo sacrificio futūre
oblationes, q̄ etiā holocausta p̄fertim si iux-
ta sermonis proprietatē quā postea dicem⁹
illa omnia sint explicanda. Ideo aliorū ex-
positionem retexam, q̄ verba illa de sacrifi-
cio in hac vita facti, & in alia acceptando
interpretatur. Sacrificiū (inquit) iustitiæ, so-
la Christi passio fuit: quam tantundē reddi-
tur deo quātum peccatum omnium nostrū
abstulerat. Satisfecit enim Christus moriēs
deo pro peccatis nostris (vt nostri theologi
docent) ad iustitiæ equalitatem propter qd̄
nō immerito sacrificiū iustitiæ dici pōt. Hoc
ergo sacrificium iustitiæ tunc deus accepta-
bit, cum muros Hierusalem ædificauit: cum
homines post hui⁹ vitæ angustias & lachry-
mas ad delectationem nunquam finituras
transmittet. Vt enim hic scrupulus non par-
uis vrget. Quo pacto tu dicis sacrificiū il-
lud postea in gloria acceptandum, quasi nō
fuerit deo accepta passio filij sui, cū illā in
ara crucis idē filius patri obrulit? Accepta
qd̄ tunc fuit & grata deo passio filij sui: sed
non tūc redditū est illi id ad quod accepta
fuit. Acceptata tunc fuit a deo in voluntate



Homilia, Vigesimaquarta

sed si in premijs retributione tunc illi reddat
quonia & sic accepta fuit ad gratiam & glo
riam, nobis per illius merita reddenda non
tamen tunc omnibus quibus reddenda erat,
reddita est gratia aut gloria. Tunc ergo demum
sacrificium iustitie deus acceptasse dicitur
cum omnibus in superna ciuitate locandis
reddita fuerit per merita passio nis Christi
gloria sempiterna. Eodem etiam modo: tunc
deus acceptabit iustorum hominum oblationes
& holocausta quae in hac vita illi oblata
sunt quia tunc iuxta vnus cuiusque meritum,
oblationi & holocausto praemium tribuet.
Vtrumque horum deus acceptabit: oblationes &
holocausta. Non enim idem vtrumque: quo
niam aliud est oblatio, aliud holocaustum.
Hoc enim inter oblationem & holocaustum
distat: quia omne holocaustum oblatio & sacri
ficium est: non tamen vice versa, omnis obla
tio aut omne sacrificium, est holocaustum.
Holocaustum dicebatur sacrificium illud quo
totum igne cremabatur: ita vt nihil ex eo in
sacerdotis vsum remaneret: qualis erat obla
tio bouis & ouis & caprae turturis & colum
bae. Haec enim (vt leuiticus liber narrat) tota
Leui. I. ta igne comburebatur: & ideo holocaustum
dicebatur. Nam holocaustum graece, totum
incensum, latine dicitur: quoniam holos graece,
caelis, totum dicitur latine: caelis, dicitur incensum

Vigesimaquarta Fo. 175.

si: & inde holocaustum, dicitur sacrificium
illud quod totum igne consumptum est. Obla
tio autem illa dicebatur, quae non tota consumebatur
igne: sed ex ea aliquid in sacerdotis
vsum seruabatur. Oblationem facit coniugatus:
quia & si aliquam carnis suae libidinem
a se auferat, aliquas tamen carnis delicias
quamuis honestas, sibi seruat. Holocaustum
offert vere virgo, qui totam suam carnem sic
deo sacrauit, vt nullas carnis delicias quam
libet honestas experiri optet. Oblationem
facit is qui sua pauperibus distribuens, par
tem aliquam quae se alere possit ad vsum suum
seruat. Holocaustum vero facit, qui vendit
omnia quae habet, & dat pauperibus vt libe
tius Christum sequi possit. Holocaustum
fecerunt apostoli, cum relictis omnibus, se
cuti sunt Christum. Holocaustum faciunt
monachi, qui omnem suam suppellectilem
& corpus suum, & suam voluntatem, sic deo
consecrarunt: vt iam nihil habere nihil que
velle possint, nisi quod praelatus cui se vltro
subdiderunt, illis permiserit: vt cum propheta
dicere possint. Vt iumentum factus sum apud
te. Illi denique oblationem faciunt qui sic
operantur ea quae dei sunt, vt aliqua quae
saeculi sunt, non relinquunt. Illi vero holocaustum
offerunt, qui cuncta quae mundi sunt deserentes,
totam mentem igne diuini amoris accensam

Mat. 16.

Ps. 71.



Ps. 69.

Ioan. 4.

Le. 1.

Homilia

dunt. Et hæc sunt illa holocausta, quæ David se oblaturum promittit deo, dicens, Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum offeram tibi boues cum hircis. Medullata inquam non (ut ita dicam) corticata qualia fuerunt illa veteris legis sacrificia, quæ iuxta solum literæ corticem fiebant: quoniam pater celestis non eos querit qui solo corpore illum adorant: sed eos qui adorant illum in spiritu & veritate, non illos qui adorant in cortice: sed qui adorant in medulla. Et ideo ait, Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis. Quibus verbis tria holocaustorum genera quæ de peccatoribus fieri lex preceperat ad spirituale intelligentiam fore referenda expressit. Bouem, scilicet arietem, & hircum. Bos ad laborem pedes se dignoscitur. Ovis autem aries, ad nutrimentum hominum & vestimentum. Nam ex carnibus arietis homo nutritur: & ex lana illius, pannus textitur unde vestimentum conficitur. Capra & hircus in altis pascuntur, & acutissimi visus sunt. Qui torum quem possunt laborem in proximorum obsequia ob dei amorem impendunt, bouis immolant holocaustum. Qui autem viribus suis sic destituti sunt, ut laborare non possint, sed proximis suis ad vitæ sustentationem necessaria subministrant ovis & arietis faciunt holocaustum. Caprae autem hirci holocaustum offert, qui & si in hac

Vigesimaquinta. Fo. 176.

terra corpore exultat: mente tamen in celestibus conversat illa toto corde considerat, illa terrenis spretis toto affectu diligit. Vtrumque horum sacrificiorum deus acceptabit, cum eorum cuilibet dignum premium tribuere dignabit. Acceptabit enim tunc deus oblationes & holocausta, cum dabit gloriam virginibus, dabit & coniugatis. Oblationes acceptabit, cum dabit gloriam iis qui sibi necessaria seruantes de superabundanti elemosynas propter dei amorem pauperibus fecerunt. Holocausta acceptabit, quoniam in gloriam suam introducere dignabit eos qui nihil sibi seruantes omnia in pauperum usus impenderunt. Oblationes & holocausta acceptabit: quia his & illis gloriam sempiternam tribuet. Non solum acceptat holocausta sed etiam oblationes: quia non solum virginibus gloriam suam seruauit sed etiam coniugatis: non solum monachis sed etiam iis qui extra monachatum sunt. Cum enim Loth Sodomæ incendiū fugeret, precipit illi ut motum ascendat: ut in illo posset se ab incendio liberare. Verum cum motus ascensum difficilem reputasset Loth: concessum est illi ab angelo: ut ad puluam ciuitatem nomine segor, non longe a Sodomâ sitam diuerneret in qua se posset saluare. In motum securior fuisset Loth, sed difficilior illuc ascensus. Ad segor facilius accessit, & quamuis ibi liber erat, non tamen æque tutus ut in monte. Securior est virginitas, sed difficilior ser-

Ce. 19.



Homilia. *de* *vi*

uatur, Altius est virginitatis meritū, sed fa-
cilis est coniūctū. Maius est meritum om-
nia pauperibus impendere, sed facilius est
desuper abundantem egentibus distribuere.
Illud tutius est, quā longius distat ab incen-
dio: hoc facilius, quia minus habet laboris.
Illud in monte significatū est, hoc in Segor
parua ciuitate. Vt tuncq; tamen deo miseran-
te saluare pōt, quia vterq; ex dei benigna
dispensatione est salutis status. Saluat⁹ est
enim Loth in parua ciuitate deo conceden-
te, qui sicut acceptat holocausta, ita etiā ob-
lationes. Sicut maxima quæq; merita præ-
mio afficit, ita etiam parua: Cum ergo Da-
uid ait, Tunc acceptabis sacrificiū iustitiæ,
oblationes & holocausta, Sacrificiū iustitiæ
ad Christi passionem referēdū est. Oblatio-
nes autem & holocausta: ad diuersa iustorū
hominum merita. Tunc imponent super al-
tare tuum vitulos, Altare hoc, Christus re-
demptor noster est, in quo sacrificia offerū-
tur, cum opera nostra innixa passionis illi⁹
meritis, deo sacran^t. Hoc est altare illud quod
dñs in lege de terra facere præcepit: dicens
Exo. 20. Altare de terra facietis mihi. Altare de terra
ps. 84. factum est Christus: quia veritas de terra
Ioan. 1. orta est: & verbū caro factum est. Vituli
qui super hoc altare ponent sūt (vt dixim⁹)
laudes quas deo offerunt sancti, de quibus
Oseas

Vigesimaquinta. Fo. 177

Oseas propheta dixit, Reddemus vitulos la-
bionum nostrorum. Vel per vitulos intelli-
gi potest (& forte melius) libertas illa quā bea-
ti in patria habent ab omni seruitute pœnæ
& culpæ: quia tūc creatura liberabitur a ser-
uitute corruptionis, in libertatem gloriæ fi-
liorum dei. At vitulus subiectionem nescit,
quā nondum iugum suscepit, nec adhuc est
aptus laboribus. Propter quod merito liber-
tatem illam significare potest, quæ subiectio-
nis iugum ignorat. Hos vitulos super altare
imponemus, cum bona quæ fecimus in chri-
sti gloriam referemus ab illo esse cognoscen-
tes quicquid boni operis habuerim⁹. In hoc
altari oblatum munus offerimus: cum opera
nostra, dominicæ incarnationis fide solida-
mus. Tunc a deo nostrū accipit: quā sup hoc
altare, hoc est sup Christū, nostra hūilitas
posuerit quicquid boni operat, vt inde gra-
tiam haurire possit qua deo valeat esse acce-
ptam. Possumus adhuc aliter hunc psalmi
versiculum interpretari iuxta aliam tempo-
ris insinuationem: ita vt illud temporale ad
verbū, tunc nō significet tempus illud post
hanc vitam futurum, quando muri illius su-
pernæ ciuitatis Hierusalem erunt ædificati
sed solum huius vitæ presentis tēpus signifi-
cet cum iam dominus in bona voluntate sua
bonè fecerit syon. Et iuxta hanc significatio



Homilia,

nē, talis erit illius vericuli sensus. Tūc cum benigne feceris in bona voluntate syō, acceptabis sacrificiū iustitiæ: oblationes & holocausta. Nisi enim deus benigne nobiscū fecisset pro nobis homo fieri & homo mori dignat⁹, nullum esset hominū sacrificiū quod deo acceptū & gratum esse posset: Nec peccatorū oīm poenitentia, nec virginum castitas, nec cōfessorum lachryme nec martyrum omnium tormenta quamlibet acerba, accepta deo fuissent, nisi Christus patiens pro nobis intercessisset. Non enim sunt condignæ passionis huius sæculi (vt ait Paulus) ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis. Passione autē Christi interueniente factæ sunt dignæ: quoniā Christus saluator noster passione sua hoc meruit, vt iusto bene operanti gratia & gloria tribuat. Seclūde Christi merita, & nullum erit deo acceptum sacrificium. Postquam autem deus benigne fecit cum syon pro hominibus homo factus, crucifixus & mortuus: ex tunc cœpit acceptare hominum sacrificia, oblationes & holocausta quę ante accepta non erant. Nam quamuis iustorum opera ante Christi passionem bona fuerint ac proinde quodammodo deo grata non tamen sic absolute & exacte & cōsummate erant deo accepta: vt pro illis tunc gloria daretur alicui sempiterna. Nec Abrahæ sic

Rom. 8.

Vigesimaquinta. Fo. 178.

des, nec patientia Iob, nec omnium prophetarum merita ante Christi passionem gloriā obtinere potuerūt: quippe quia nondū benigne de⁹ fecerat syon pro illa moriens. At Christus pro nobis mortuo, latronis sacrificiū acceptatur: quia eodem die quo inclinato capite Christus emisit spiritum latro cum illo quiescit in paradiso. Cur hoc? Quia iā deus cum hominib⁹ benigne fecerat, pro illis mori dignatus. Dauid ergo hanc dei benignitatem præsentiens & ab illa totum fere hominis meritum profecturum præuidens, ait. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ: oblationes & holocausta. Tunc inquam, cum benigne feceris syon. Tunc imponent super altare tuum vitulos. Altare Christi crux est quoniam super hanc Christus qui sacerdos est secundum ordinem melchisedech, semetipsum obtulit immaculatū deo: Hoc est mysticum illud altare super quod Iosue totum deuteronomium scripsisse dicitur. Deuteronomium grece, secunda lex latine dī. Prima lex fuit lex Moyfi. Secunda est lex euangelica per Christū data: & hæc proinde est mysticū deuteronomiū. Hoc mysticum deuteronomium super altare scribitur, dū Christus saluator noster qui totā legē in se cōtinebat cruci affigitur. Christo enim cruci affixo: duo charitatis p̄cepta ex qb⁹ tota lex p̄derit hoc

Iosue. 8.



Homilia

minibus ostenduntur. Super hoc altare homines imponunt vitulos: cum pro amore Christi carnem cum vitis suis crucifigunt. Nam caro nostra vitulus est. quoniam sicut hic iugum non novit libere discurrere: vndique saliens ita caro nostra omne laboris iugum rejicit, discurrere per delicias satagit. Propter quod

Hie. 50. Hierimias ipse qui carnis delicias querit loquens ait. Effusi estis sicut vituli super herbam. Hos vitulos super crucis altare ponere, est carnem ieiunij, vigilijs, flagellis sic affligere, ut omnis illa lascivia moriatur & pereat. Sed ne in homini sacrificio, aut oblatione extremus carnem magis quam decet affligentes modum, quo id recte facere possumus Moyses nos docet cum de vituli oblatione loquens, ait. Detracta pelle hostiæ, artus in frustra concident & subiciant in altari ignem struelignorum, ante composita & membra quæ cæsa sunt de super ordinantes Hostiæ nostræ pellem deponimus, cum vitæ nostræ superficiem rejicientes interiora illius perferutamur. Multa namque bona apparent quæ bona non sunt. Cū aliquis carnem suam ultra modum affligit bonum se facere credit: quia quandam virtutis speciem actus ille habere videtur. Sed detracta pelle non ita esse (ut credit) iudicabit, quoniam oportet carnem in servitutem redigere non extinguere, oportet

Leui. I.

Vigesimaquinta. Fo. 179.

tet vitia carnis extinguere non carnem ipsam. Propter quod artus in frustra conciduntur: ut videlicet mortificationis nostræ actiones singulas examinemus ne sub virtutum imagine vitia aliqua lateant. Omnia huius vituli membra igne cremata sunt: quia omnis carnis affectio igne charitatis cremari debet: ut bona sit & deo accepta. Omnia membra igne comburere docebat qui omnia in dei amorem referre monebat. Membra igne cremari precipiebat Christus saluator noster **Mat. 6.** cum remota omni fallaci & inani gloria propter solum deum qui cordis secreta inspicit ieiunare, orare, elemosynam facere monebat. Ecce qualiter vitulum hoc carnem tuam immolare debes. Hos vitulos multi post Christi passionem super altare dei hoc est super crucem imponunt quoniam multi carnis delitijs spretis carnem suam cum vitis crucifigere satagunt multi vestigia Christi sequi conantur & ad illius exemplum corpora sua cruciatibus & mortibus tradunt pro amore illius, quemadmodum ille vitam suam pro nobis omnibus posuit. Tu ergo qui libere per vitia tanquam vitulus saliens discurristi, qui a carne tua omne subiectionis & afflictionis iugum excussisti impone tunc vitulum super altare Christi hoc est super crucem. Ad Christi exemplum afflige carnem



Homilia,

tuam ieiunijs, flagellis, vigilijs, peregrinationibus quemadmodum ille pro te ieiunauit, flagellatus est uigilauit, peregrinatus est. Si non potes uirginitatem seruare, duc uxorem si uirginitatem non promissisti. Si non audes omnia pauperibus distribuere, salutem de eo quod superest fac elemosynam. Si non potes holocaustum facere, fac oblationem: quia postquam deus benigne fecit in bona uoluntate sua syon, iam deus acceptat oblationes sicut holocausta, quia cuilibet illorum sacrificiorum (modo illud recte factum fuerit) tribuet

gloriam sempiternam, per merita Iesu Christi filij eius qui cum illo & cum spiritu sancto uiuit & regnat in saecula saeculorum. Amen.

Claus deo. *

INDEX RERVM NOTABILIVM QVAE IN HOC

opusculo continentur, in quo
primus numerus folium,
secundus uero paginam designat.

A.

- C**Adam collocauit deus post peccatum ante paradysum: ad maiorem utilitatem eius. fo. 54. pag. 2.
Adam peccante uitam animae & uitam corporis amisit: ista tamen duo moriente Christo & resurgente recuperauimus. fo. 119. pag. 2. in fi.
Aduentus uisibilis dñi duplex est: in primo ostendit suam misericordiam: in secundo ostendit suam iustitiam. fo. 127. pag. 2.
Amicorum lex est ut eadem amant, & eadem etiam odio habeant. fol. 77. pag. 2.
Angelus seipsum amauit uelut alter narcissus. f. 83. pa. 1.
Anima nostra in carne posita nauiculae in aqua comparatur. fo. 70. pa. 2.
Anima a carne infirmitatem suam trahit. fo. 71. pa. 2.
Anima in gratia maximam habet pulchritudinem. fo. 83. pa. 1.
Animae solummodo glorificantur ante iudicium: possidebit tamen homo duplicia uestimeta post iudicium. f. 90. p. 2. i. ff.
Animalia minuta: locusta, brucus, rubigo, & eruca, quid significantur ponitur. fo. 11. pag. 2.
Appetitus siue bonus siue malus radici arboris comparatur. fol. 136 pag. 1.

Z iiii



Argumentum quod totius operis est summa luci cōparatur. fo. 5. pag. 2.
Avaricia pulveri comparatur. fo. 42. pa. 1.
Auditus nomine in sacra scriptura aliquando obedientia denotatur. fo. 89. pag. 1.

B

Baptismi sacramentū non est iterabile: cum sit quasi quædam Christi figura. fo. 82. pag. 1.
Beatorū corda sibi inuicē sunt manifesta. fo. 165. pa. 2.
Beneficia peccatori collata arguunt ipsum ingratitude: ut tanto indignior sit venia, quanto maiora fuerunt. fo. 19. pag. 2.
Beneficia dei soli comparatur: quia aliquos emoluit alios vero indurant. fo. 125. pag. 1.

C

Cæcus multa in commoda sustinet. fo. 16. pa. 1.
Ceremonie vete. legis nō emūdabāt aīam. f. 82. p. 1.
Cain ut multi censent vsq; ad septem generationes fuit expectatus ad poenitentiam. fol. 30. pag. 2.
Cani comparatur peccator qui non finit alium canē lingere vulnera sua. fo. 52. pag. 2.
Caro nostra propter peccatum suscepit maledictionem, germinandi spinas & tribulos. fo. 10. pa. 1.
Caro in seruitutem est redigenda non tamen extinguenda. fo. 178. pag. 2.
Caro in sacra scriptura aliquñ ipsam nudā substantiā aliquñ viciū illius significat. fo. 137. pa. 1.
Carnis delitiæ pisces comparantur. fo. 42. pag. 2.
Carnis cōcupiscentia quodammodo minuit iudiciū & vim intellectuam hebetat. fol. 71. pag. 2.
Carnis motus canū latratib; cōparatur. fo. 142. p. 2.

Charitas patriæ auro mūdo cōparatur. fo. 55. pa. 2.
Charitas igni comparatur quia habet virtutem inouandi. fo. 108. pag. 1.
Charitas auro comparatur. fo. 165. pag. 1.
Charitas pceptū cur nouū dicat declarat. f. III. pa. 1.
Christus saluator, christus medicus, qui dat salutem regibus. fol. 141. pag. 1.
Christus triginta trium annorum vel paulo amplius erat quando mortuus est. fo. 157. pag. 1.
Christus est altare & fuit figuratum in altari qd precepit deus fieri de terra. fo. 176. pag. 2.
Christi meritis opera hominum sunt accepta q̄ alias non essent accepta. fo. 177. pag. 2.
Christum induere quid sit, dicitur. fo. 112. pa. 1.
Ciuitatis supne structura describit. f. 164. pa. 1. cū se.
Cognitio peccatorum omnino est necessaria peccatori. fol. 48. pag. 1.
Confessio est dux in pugna poenitentis, contra peccata. fol. 96. pa. 1.
Conscientia hominis facies eius dicitur quia per illā ab omnipotenti deo cognoscitur. fo. 113. pa. 2.
Contradictio vires operantis minuit. fo. 70. pag. 1.
Contra prepositio multipliciter sumit. fo. 53. pa. 1.
Cor hominis mari profundo cōparat. fol. 46. pa. 2.
Cor constrictum cōparatur aromatibus nimīū fractis & comminutis quæ multum redolēt. fo. 160. pa. 1.
Cordis nr̄i immundiciā sicut aquam effundere debemus sunt tamen multi qui in confessione non sic faciunt. fo. 102. pag. 2.
Cristallus super capita animalium visa christū figurauit in quo pulchritudo misericordiæ & horror ius



- Stitiz** inuenitur. **fo. 116. pag. 1.**
Dauid coram se peccatum suum habuit vt magis ac magis illius pœniteret. **fo. 53. pag. 1.**
Dauid prophetauit de omnib9 pertinentibus ad humani generis redemptionem. **fo. 87. pag. 2.**
Dauid correctus nō murmurauit sed patienter tulit. **folio. 90. pag. 1.**
Dauid initium bonorum suorum tribuit deo & perseuerantiam in illis. **fo. 124. pa. 1.**
Dauidis historia extense ponitur. **fo. 6. pag. 1.**
Dauidis peccatum non solum fuit magnum verum etiam multiplex. **fo. 25. pag. 2.**
Debitum peccati quare dicitur infinitum. **fo. 151. p. 2.**
Delitiæ mundanæ liquorī comparatur. **fo. 42. pa. 1.**
Deus noster vt peccatoris misereatur legis tabulas frangit. **fo. 20. pa. 2.**
Deus infinitus est & omne quod in deo est infinitum est. **fol. 22. pag. 1.**
Deus noster non solum peccata dimittit sed etiam si multa donaria tribuit. **fo. 38. pag. 2.**
Deus noster iustus ac omnipotens est & ideo peccata impunita non dimittet. **fo. 62. pag. 1. & fo. 7. pag. 2.**
Deus noster tãto magis peccatorū recordatur vt puniat quãto magis peccator illorū oblitiscit. **f. 94. p. 2.**
Deus noster cum sit mundissimus, mundū cor, mundum templū, mundū hospitium requirit. **fo. 102. p. 1.**
Deus noster speculo comparatur quia sine variatione sui talem reddit faciem qualis est ea quæ sibi obijcitur. **fo. 116. pa. 1.**

- Deus** noster benigne & benignissime nobiscum agere decreuit. **fo. 171. pag. 1.**
Differentia inter iniquitatē & peccatum describitur. **fo. 42. pag. 2.**
Differentia magna est inter sacramenta expiationis veteris legis & baptismū seu pœnitentiam. **f. 80. p. 1.**
Dilectio vt lata & ampla sit ad amicum & inimicum debet se extendere. **fo. 166. pa. 2.**
Diuitiæ veræ sunt virtutes & hoc auarorum testimonio. **fo. 15. pa. 1.**
Diuitiæ veræ non sunt terrenæ. **fo. 14. pa. 2.**
Donum sapientiæ & donum scientiæ, quid sit ponitur. **fo. 127. pa. 1.**

E

- Ecclesia** militans non erit sine macula & ruga. **folio. 100. pag. 1.**
Ecclesia presens lapidicinę cõparatur ex qua sumuntur lapides ad ædificationem murorum ciuitatis superne. **fo. 164. pa. 1.**
Ecclesia militans aurum est, non tamen plene purgatum. **fo. 165. pag. 1.**
Effectus peccati aliquando in sacra scriptura vocatur peccatum sicut scriptura alicuius scribæ vocatur manus. **fo. 68. pa. 1.**
Effectus multotiens appellatur nomine suæ causæ sicut peccatum dicimus sanguinem quia a sanguine id est carnis appetitu est. **fo. 138. pag. 1.**
Error Aerij circa nuptias redarguitur. **fo. 66. pag. 1.**
Error Pelagij circa originale peccatum proferitur. **fo. 67. pag. 1.**



- Error Armenorum circa remissionem peccati in spiritu sanctum destruitur.** fo. 71. pag. 1.
Error Lutheri circa poenitentiam destruitur. fo. 95. pa. 1.
Error Ebion & cherinti circa sacrificia veteris legis confunditur. fo. 155. pa. 1.
Facies aliquando sumitur pro ira. fo. 94. pag. 1.
Facies dei nostri duplex est alia iustitiae, alia misericordiae. fol. 113. pag. 2.
Fides aliquando denotatur per auditum in sacra scriptura. fo. 87. pag. 1.
Figura malorum aliquando est bonus vir ut Iob percussus & mala aliquando sunt figura bonorum. fo. 18. pa. 1.
Figura statuae quam in somno vidit Nabuchodonosor declaratur. fol. 55. pag. 1.
Figura fuerunt baptismi illa quae contigerunt filiis Israel transeuntibus mare rubrum. fo. 89. pa. 1.
Figura fuerunt illa quae in mundatione leprosi fiebant mortis christi & redemptionis generis humani. f. 84. pa. 1.
Figura de seruo hebraeo sponte libertatem rei sciende declaratur. fol. 89. pag. 2.
Figura fuit Iosue pugnans contra Amalech, poenitentis peccatis contra vitia & peccata. fo. 95. pag. 2.
Figura fuit Pharaon cum omni exercitu suo suffocatus in mari & leprosus qui iuxta legem tenebatur occidere capillos, & praecipitum datum Sauli ut demoliretur Amalech, & omnia quae habebat poenitentis, quia omnium peccatorum tenetur agere poenitentiam. fol. 96. pag. 2.
Figura fuit Iudas Machabeus veri poenitentis qui plene mundat templum aere suae. fo. 103. pag. 1.

- Figura filiorum Israel in captivitate & in labore luti, & lateris positorum declaratur de genere humano.** f. 121. p. 1.
Figura fuit vacca quae comburebatur in sacrificio, domini nostri Iesu Christi, qui in ara crucis se obrulit deo patri. fo. 152. pag. 2.
Figura fuit turtur & quae circa ipsam faciebant peccatores contriti & totaliter ad deum conuersi. f. 160. p. 2.
Flemus cum ex utero matris emergimus, duplici ex causa. fol. 120. pa. 1.
Flos agri in multis periculis est posita. fo. 124. pag. 1.
Franciscus ordinis minorum fundator tribuit misericordiam quae dicitur Socrates Philosophus philosophiae. f. 29. p. 2.
Friuolis ac frivolis excusationibus peccata palantes similes sunt ad faciendum sibi perizomata. f. 50. p. 2.

G

- Gratiam sacramentorum designavit aqua quae ex Christi latere exiit.** fo. 154. pag. 1.
Gratia seu charitas est cibus animae & omnis virtutis sapor in se continet, prout faciebat manna. f. 81. p. 2.
Gratia est triplex pueniens cooperans & perficiens. f. 98. p. 2.
Gaudia huius mundi sunt vana. fol. 119. pag. 1.

H

- Holocaustum est oblatio seu sacrificium non tamen econuersio.** fol. 174. pag. 2.
Holocausta offerunt aliqui alij tamen offerunt oblationem seu sacrificium. fo. 175. pag. 1.
Holocaustorum tria genera declarantur, scilicet bouis, arietis, & hirci. fo. 175. pag. 2.
 homo spiritu sancto indiget, ut in bonum dirigatur. f. 105. p. 2.
 homo siue iustus siue peccator arbori comparatur. fo. 135. pag. 2.



Hō peccādo min⁹ culpabilis fuit quā āgel⁹. f. 72. p. 1.
Homini oīa seruiunt etiā angeli. fo. 26. p. 2.

I

IEbuseus non potuit extirpari, deo ita disponēte
ad exercitium filiorum israel. fo. 140. pag. 1.
Intellectus est pars nō parua liberi arbitrij. f. 71. p. 2.
Iustus quicunq; nō securus uiuat sed semper cadere
metuat. fo. 8. pag. 1.
Iusti varijs gressibus incedunt in via dei. fo. 107. p. 1.
Iustitia dei fluuius igneus est. fo. 114. pag. 2.

L

LABia peccatorum aperta sunt ad malum non ta-
men ad bonum. fo. 143. pa. 1.
Laudari non vult deus ab ipsis peccatorib⁹ & multa
alia laudū dei nri. fo. 144. pag. 2. cum sequētib⁹.
Lepori abscondenti caput indumento, comparatur
peccator. fo. 62. pag. 2.
Leproso comparatur peccator. fo. 45. pag. 2.
Letari non possunt de beneficijs per Christum colla-
tis qui illa non credunt. fo. 122. pag. 2.
Letitia in seipso experit⁹ poenitēs post integrā pctōre
cōfessione & se exoneratū graui pōdere. f. 123. p. 1.
Libertas hūanigferis p Christū data est. fo. 120. p. 1.
Libido multorum malorum est causa. fo. 7. pag. 2.
Luctus dolor & tristitia peccatoris augetur ex consi-
deratione bonorum quæ perdidit. fo. 53. pag. 2.
Lucifer captiuum tenens genus humanum compara-
tur quibusdam animalibus quæ sic cōstringunt ali-
quid intra se inclusum quod sine fractione non di-
mittant. fo. 121. pag. 1.

Luto comparatur homo. fo. 72. pag. 1.

M

MACulare pnt tria fumus puluis & liquor. f. 41. p. 1.
Mentes iustorum non munda reperientur si deus il-
los remota pietate iudicare voluerit. fo. 170. pa. 2.
Meritū nostrū meritū de cōdigno appellat. f. 23. p. 1.
Misericordia dei ad se relata infinita est, ad opera ta-
men relata parua vel magna dicitur. fo. 22. pag. 2.
Misericordia dei lata lōga est & profunda. fo. 23. p. 1.
Misericordia dei vndiq; nos circundat. fo. 24. pag. 2.
Misericordia dei vbiq; respundet. fo. 26. pag. 1.
Misericordia dei magna est in creatura
ad hominis vtilitatem, & in assumptione humanita-
tis, & in hoc q; a peccato nos defendit & in hoc q;
pro peccatis pēnas debitas non statim exigit.
folio. 26. cum sequentibus.
Misericordia dei abutuntur peccatores. fo. 31. pag. 2.
Misericordia dei non impenditur longeuitati pecca-
torum. fo. 36. pag. 2.
Misericors deus mouet peccatorem ad poenitentiam
& donat illi gratiam post ipsam poenitentiam.
folio. 33. cum sequentibus.
Moyses vt p pō pceret tabulas legis fregit. f. 20. p. 1.
Morbum ignorās proptium non queret medicorū
auxilium. fo. 47. pag. 1.
Morte Christi iugum legis fuit sablatum. fo. 21. p. 1.
Mortis & natiuitatis consideratio multum inuat ad
superbiam reprimendam. fo. 162. pag. 1.
Mundanae felicitates nomine æqui significantur.
folio. 141. pag. 2.

N



Necessariū & eternū est, q̄cqd̄ in deo est. f. 150. p. 1.
Numerus denarius perseuerantiam in bono significat. fo. 124. pag. 2.

Obedientia melior est q̄ victima. fo. 159. pag. 2.
Occasio peccati porta lata est per quam peccatū ipm̄ ingreditur. fo. 89. pa. 2.

Ociositas multorum malorum est occasio vt patet in dauide. fo. 70. pa. 1.

Oculi domini cuncta prospiciunt & ideo oportet peccatorem ipsum timere, & ipsa timere & ipsum reuereri. fo. 61. pag. 2.

Organum animæ nostræ est corpus quia ipso tanq̄ in frumento laudat deum. fo. 145. pag. 2.

P

Passio christi: quādo passus est fuit accepta a deo in voluntate non tamē in premiij retributione tūc illi reddita. fo. 174. pag. 1.

Pauci sunt qui de diuina misericordia confidunt, vt Cain & Iudas, multi tamen qui iustitiæ illius obliuiscuntur. fo. 133. pag. 1.

Peccator exemplo dauidis nunq̄ de dei misericordia diffidat, propter quæcunq; scelera. fo. 8. pag. 1.

Peccator est pauper cæcus & nudus. fo. 14. pa. 1.

Peccator ad misericordiam dei tanq̄ ad silum confuere debet. fo. 19. pag. 2.

Peccator suis inib⁹ a pct̄ō resurgere nō pōt. f. 33. p. 2.

Peccator cōparat̄ imaginē relucētī ī speculo. f. 34. p. 2.

Peccator phrenetico cōparatur. fo. 47. pag. 2.

Peccator prius in se puniat peccata sua vt deus puniat.

niat. fo. 74. pag. 2.

Peccatoris expectatio ad poenitentiam si non conuertatur maioris supplicij erit causa. fo. 12. p. 2.

Peccatoris intellectus, memoria, & voluntas, impediunt ne exeāt in actus suos respectu dei. f. 159. p. 2.

Peccatores currere debent in odorem vnguntorum christi. fo. 133. pag. 2.

Peccatū vnū impellit ad alterum, vt fructus in aqua excitat alterum. fo. 28. pa. 2.

Peccatum in spiritum sanctum quid sit declarat. fo. 38. pag. 2. & fo. 118. pag. 2.

Peccatum animam maculat. fo. 40. pa. 2.

Peccatum est velut quodam mendacium. fo. 77. pa. 1.

Peccatū in tripl̄ci differentia cōsistit, quia aut ignorantia aut infirmitate aut malicia. fo. 97. pag. 1.

Peccatum post actum peccati nihil aliud est præter obligationem ad æternam poenam. fo. 151. pag. 1.

Pct̄i originalis effect⁹ seu incōmoda & poene q̄ ex ipso pct̄ō nobis venerūt, ponunt. fo. 68. p. 1. & f. 73. p. 1.

Peccata sua vicia sæpe peccatores dicunt esse virtutes. fo. 48. pag. 2.

Pct̄ōz remissio pōt esse sine infusiōe gratiæ. f. 36. p. 1.

Peccatorum remissio & multa alia occulta erant antequis. fo. 76. pa. 1. & 2.

Perfectorum opera ac etiā illorum opera qui non sunt tam perfecti acceptat deus figura huius est in loth fugiente incendium sodomæ. fo. 176. pa. 1.

Perseuare debēt boni in bona vita incepta. f. 172. p. 1.

Perseuerantia & firmitas in bono æque donum dei est: sicut boni operis initium. fo. 124. pag. 2.



Plumis cōparant̄ oēs corporis dotes & gr̄e. f. 161. p. 2.
Pœnitens graues hostes. i. grauiā pctā pri⁹ agrediat̄
quoniam his superatis facilliter aliorū victoriā
habebit. fo. 97. pag. 2.
Pœnitentia cōuenienter cōparat̄ iubileo. fo. 9. pa. 2.
Pñia adueniente bona perditā recuperant. f. 12. p. 2.
Pœnitentia nō erit fructuosa sine spe veniē. f. 35. p. 2.
Pœnitentia delent̄ pctā quāuis grauiā sint. f. 33. p. 1.
Possessio nostra est vita æterna. fo. 11. pag. 1.
Possessio nostra est quodlibet opus bonū. fo. 11. p. 1.
Possessio nostra adueniente peccato a paruis anima
libus dextruitur. fo. 11. pag. 2.
Præcepta dei possumus facilliter seruare. fo. 157. p. 2.
Prædicatores laudabiliter possunt appetere officio
um prædicationis. fo. 107. pa. 1.
Prædicatores in tubis argēteis figurati sūt. f. 134. p. 2.
Prædicatorū cōditiones ponunt. fo. 126. p. 2. cū se q̄.
Prælati ad salutem subditi magis q̄ ad obseruantia
legis & statutorum attendere debet. fo. 20. pag. 2.
Præsentiam domini peccator timere deberet vt sic se
abstineret a peccatis. fo. 61. pag. 2.
Psalmus quinquagesimus iuxta mysticam significa
tionem tali numero est collocatus. fo. 9. pag. 1.
Puer cum baculo helisei Moysem cum terrore legis si
gnificauit. Et Helise⁹ significauit chr̄m. f. 154. p. 2.
Putei quos foderat Isaac sacram scripturam repres
sentant. Q fo. 101. pag. 1.
Quinquagesimus numerus remissioni peccatorum
est consecratus. R fo. 9. pa. 2.
Radix montis in quo tabulæ legis fractæ sunt corp⁹

christi cū sit infima ill⁹ substātia figurauit. z 6. p. 2.
Reprehensiones viciorum lapidibus missis contra
aliquem comparantur. fo. 131. pag. 1.
Repugnantia carnis data est nobis vt semper habe
rebus materiam exercendæ virtutis. fo. 140. pa. 1.
Resurrectionis dñi festiuitatem expectant peccato
res vt tranq̄ canes ad vomitū reuertant. fo. 125. p. 1

S

Sacrificiū quomodo vult de⁹. i. cor cōtrictū dimitib⁹
& pauperibus est cōmune. fo. 157. pa. 2. cū sequē.
Sacrificiū laudis deo offert q̄ a terrenis vicij⁹ elogat⁹
deū laudat ppter potētiam, sapientiam, pietatem,
liberalitatem. fo. 273. pag. 1.
Sacrificiū iustitiæ fuit christi passio quia christus mo
riens satisfecit ad equalitatem iustitiæ. fo. 174. p. 1
Sacrificia veteris legis non proficiebant ad salutem
aiæ. fo. 150. pag. 1. cū sequē bi multa de sacrificiis
Sanguinis noiē peccatū significatur. fo. 89. pag. 1.
Sanguis Christi oleo comparatur. fo. 121. pa. 2.
Sanguinis noiē appetit⁹ carnis significat. f. 157. pa. 1.
Scriptura sacra propter nostrū cōmodū aliorū pecca
ta & pœnitentiam commemorat. fo. 8. pag. 1.
Scriptura sacra a iudeis literaliter intellecta a nobis
tā spūaliter representat̄ in Moyse & Fiscella & in
filia Pharaonis ipsum Moysem a fiscella excludete
folio. 76. pag. 1.
Scriptura sacra sub eodē cortice literæ habet non so
lū varias sed etiā cōtrarias significatiōes. f. 112. p. 2.
Signa v̄e cognitiōis & cōtritiōis pctōr̄ patēt. f. 51. p. 1.
Singularis nūerus p plurali & ecōuerfo summit̄ in sa
cra scriptura. fo. 67. pag. 2. & ij



Sordes peccatorum non quolibet dolore aut qualibet lachrymarum effusione abluuntur. fo. 44. p. 1.
Spūs sctō cōsecrata est remissio peccōrū. fo. 85. pag. 2.
Spūs sctō veniēte in aīa oīa innouantur, nouę cogitationes, nouę affectiōes, noua verba & opera, & nouus homo. fo. 108. pa. 2.
Spūs sctūs cū alicui dat nō tm̄ dat ad vtilitatē ipsius recipiētis, sed etiā ad multorū vtilitatē. f. 126. p. 2.
Statēra ī sensu mystico rōnē representat. fo. 78. p. 2.
Superbus locustę comparatur. fo. 12. po. 1.
Supbię viciū denigrat faciē aīę bñ opantis. f. 41. p. 1.
Suscitauit Christus tres mortuos significans suscitacionem spiritualem peccatoris. fo. 37. pag. 1.

T

Testa q̄ Tob sanie radēbat chrii corp⁹ significabat.
Titul⁹ p̄stat psalmo qd argum̄. p̄t alijs opib⁹. f. 5. p. 2.
Titul⁹ ī finē posit⁹ in aliqb⁹ psalmis declarat. f. 9. p. 1.
Tribulationes huius vitę seu flagella nuncijs sunt, futurę consolacionis. fo. 17. pag. 1.
Tristitia quę letitiā sequitur acerbior est. f. 123. p. 2.

V

Varia crimina uicia seu peccata, varias petunt correctiones. fo. 71. pa. 1.
Varij sūt viuēdi modi ali⁹ ex eq̄stri militia. f. 148. p. 1.
Velū sup faciē Moyfi positū qd significet. fo. 76. p. 2.
Veniā tantummodo denegatur obstinato & diffidēti de misericordia dei. fo. 124. pag. 2.
Vētus sępe significat in sacra scriptura demonis tentationem. fo. 124. pa. 1.
Verba quę quis loquitur speculo cōparantur, quia

in ipsis verbis pōt vita ipsius cōsiderari. f. 145. p. 2.
Veritas nomē duplicē habet significacionē. f. 73. p. 2.
Via certissima ad salutē spūalē recuperandā est cōsefsio peccōrū vt in Petro, Magdalena, & c. fo. 30. p. 2.
Vicę domini sunt actiones seu opera ei⁹. fo. 127. p. 2.
Vicę domini rectę & pulchrę in principio tamē durę & difficiles. fo. 128. pa. 2.
Vicę malorum difficiles & tenebrę & nouissima earum ducunt ad mortem. fo. 12. pag. 1.
Virtutes sūt aīę robur quę admodū ossa eor. f. 91. p. 1.
Virtutes humiliantur adueniente peccato, in patria tamen habebunt fortitudinem. fo. 91. pa. 2.
Virt⁹ verā est illa q̄ in tērationē nō succubuit. f. 141. p. 1.
Visio Ezechielis quando vidit quatuor animalia declaratur de quolibet iusto. fo. 109. pag. 1.
Vita hominis bona est si sit secundum spiritum mala autem si sit secundum carnem. fo. 137. pag. 1.
Vita presens multū differt a vita cęlesti. fo. 149. p. 1.
Vita presens lapidicinę comparatur in qua malleus tribulationis auditur. fo. 169. pag. 2.
Vita peccatoris testat quid ipse amet. fo. 144. p. 1.
Vitul⁹ q̄ subiectionē nescit libertatē btōrę significat.
Vitulo cōparat caro nra. fo. 178. pag. 1. (f. 177. p. 1.
Vnguēta quę fracto alabastro corporis Christi odorem dederunt sunt mīa & iustitia. fo. 133. pag. 2.
Voluntas sępe ad se trahit iudicium rōnis ita vt sit ignorans omnis malus. fo. 17. pa. 1. & fo. 48. pa. 1.
Volūtas dei vnica ē, licet respectu effectūū multiplex
Voluptuosi teste cōparant. f. 57. p. 1. (dicat. f. 26. p. 1.
Vrias erat dign⁹ p̄mīo & nō mortis supplicio. f. 7. p. 2.



INDEX OMNIVM AVCTO

ritarū sacre scripturæ quæ in hoc opere ab au-
ctore citantur & ab eo diligenter exponuntur.

- Cap. Genesis
- 19 In mōte saluū te facine tu simul peas. f. 176. p. 1
- 26 Puteos quos foderant serui Abraham impleue-
runt humo palestini. fol. 101. pag. 1.
- 31 Non enim me respicit sicut heri & nudius ter-
tius. fol. 93. pag. 2. Exodi.
- 1 Seruiebat ppis in palea, luto & latere. f. 121. p. 1
- 2 Pharaōis filia Moysē eficella exclusit. f. 76. p. 1.
- 4 Ego obdurabo cor Pharaonis. fol. 52. pag. 1.
- 8 Venit musca grauissima in domo Pharaonis.
fo. 67. pag. 2.
- 14 Pharaō cū omni exercitu suo submersus est in
mari. fo. 96. pag. 2.
- 17 Ego dilebo memoriam Amalech de sub cælo.
fo. 95. pag. 2.
- 20 Altare de terra facietis mihi. fo. 176. pag. 2.
- 21 Auris serui hebrei pforabit subula. fo. 89. pa. 2.
Leuitici.
- 1 Oblatio turturis holocaustū est, & oblatio sua-
uissimi odoris domino. fo. 160. pag. 2.
- 1 Detrahta pelle hostiæ arctus in frustra concidēt.
fol. 171. pag. 2.
- 15 Leprosus iuxta legem mundandus omnes tes-
nebatur radere capillos. fo. 96. pag. 2.
- 15 Leprosus tenebatur habere os veste contactū
fo. 144. pag. 2.
- 14 Leprosus qui volebat purificari, tenebat offer-

- re duos passeres. fo. 83. pag. 2.
- 18 Si quis vero sanguinem comederit obfirmabo
faciem meam contra animam illius. fo. 157. p. 2.
- 18 Et ego dedi illum vobis vt super altari meo ex-
pietis pro animabus vestris. fol. 140. pag. 2.
- 25 Sanctificabis annū quinquagesimū & vocabis res
missionē cūctis habitatorib⁹ terræ sue. f. 9. p. 2.
- 27 Omnes decimæ terræ siue de frugibus siue de
pomis arborum domini sunt. fo. 124. pag. 2.
- 32 Vidēs vitulū & choros iratusq; valde piccit de
manu tabulas, & cōfregit eas ad radicē mōtis.
fo. 20. pa. 1. Numeri.
- 10 Fac tibi duas tubas argēteas ductil. f. 134. p. 2.
- 19 Precipe filiis israhel vt adducant ad te vaccam
ruffam. fo. 152. pag. 2. Deuteronomij.
- 29 Custodite ergo verba pacti hui⁹ & implete ea
vt intelligatis vniuersa q̄ facitis. fo. 101. pag. 1.
- 30 Mandatum hoc quod ego precipio tibi hodie
non supra te est. fol. 158. pa. 1. Iosue.
- 8 Super altare scripsit Iosue deuteronomium le-
gis Moysi. fo. 178. pag. 1.
- 15 Iebuseus nunquam fuit stirpat⁹. f. 140. pa. 1.
1. Regum.
- 10 Insiliet in te spiritus domini, & mutaberis in vi-
rum alterum. fo. 110. pag. 2.
- 15 Peccauī sed nunc honora me coram senioribus
populi mei. fol. 51. pa. 2.
- 15 Sauli aduersus Amalech pugnāti precepit de⁹
vt demoliretur vniuersa eius. fo. 97. pag. 1.
- 15 Melior est obedientia quā vīctima. fo. 159. pa. 2.
& iiii



- 16 Homo enim videt ea quæ parent, dominus autem intuetur cor. fo. 62. pag. 1.
3. Regum.
- 4 Heliseus non venisset si baculo suo filius vidue fuisset suscitatus. fo. 134. pa. 2.
Hester.
- 15 Valde enim mirabilis es domine & facies tua plena est gratiarum. fo. 114. pag. 2.
Job.
- 2 Testa sanie radebat sedes in Iherosolimo. f. 18. p. 1.
- 2 Si bona suscepimus de manu dñi, mala autem quare non sustineamus. fo. 27. pag. 2.
- 6 Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea enea est. fo. 72. pag. 2.
- 9 Silorus fuero quasi aquis niuis. fo. 45. pag. 2.
- 9 Verebar omnia opera mea, sciens q̄ non parceres delinquenti. fo. 74. pag. 2.
- 10 Memero q̄ fo q̄ sicut lutū feceris me. fo. 71. p. 2.
- 11 Si iniquitatē q̄ est in manu tua abstuleris a te. folio. 43. pag. 1.
- 14 Lignum habet spem si precisum fuerit, rursus virescit. fo. 135. pag. 1.
- 20 Cum dulce fuerit malum in ore eius, abscondet illud sub lingua sua. fo. 49. pag. 1.
- 22 Si reuersus fueris ad omnipotentem edificaberis. fo. 38. pag. 2.
- 23 Deus molluit cor meum & omnipotens cōturbauit me. fol. 39. pa. 1.
- 24 Dedit ei deus locum pœnitentiæ, & ille abiit eo in superbia. fo. 51. pa. 2.

- 24 Vsq; ad inferos peccatum illius. Obluiscatur illius misericordia. fo. 118. pa. 1.
- 25 A facie ipsius turbatus sum: & considerans cū timore sollicitor. fo. 114. pag. 1.
- 25 Ecce luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. fo. 170. pa. 2.
- 31 Si osculatus sum manū meā ore meo. fo. 143. p. 2.
- 40 Circundabunt eum salices torrētis. fo. 145. p. 1.
Psalterij.
- 5 Domini est salus. fo. 141. pag. 2.
- 7 Scrutans corda & renes deus. fo. 62. pa. 1.
- 11 Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam. fo. 120. pa. 2.
- 17 Ignis a facie eius exarsit, carbones succēsi sunt ab eo. fo. 87. pa. 2.
- 20 Pōes eos vt libanū ignis i tpe vultū. f. 64. p. 1.
- 24 Vniuersæ viæ dñi mīa & veritas. fo. 117. pag. 1.
- 129 Apud dñm mīa & copiosa apud eū redemptio. folio. 23. pag. 1.
- 31 Nolite fieri sicut equus & mulus quibus nō est intellectus. fo. 95. pag. 2.
- 32 Non saluat rex per multā virtutē: & gigas non saluabit in multitudine virtutis suę fallax equus ad salutem. fo. 141. pag. 2.
- 34 Oīa ossa mea dicēt: q̄s similis tibi. fo. 91. pag. 2.
- 37 Corruptæ sunt cicatrices meæ, a facie insipientiæ meæ. fo. 47. pag. 2.
- 48 Hō cū in honore esset nō intellexit. fo. 95. pa. 2.
- 49 Peccatori autē dixit deus quare tu enarras iustitias meas. fo. 144. pa. 2.
& v



- 49 Non accipiam de domo tua vitulos. fo. 150. p. 2.
49 Existimasti inique quod ero tui similis. fo. 65. pa. 2.
49 Hæc fecisti & tacui. fo. 55. pag. 2.
51 Quid gloriaris in malicia, qui potens es in iniquitate. fo. 34. pa. 1.
58 Misericordia eius preueniet me. fo. 35. pa. 2.
61 Mēdaces filij hominū in frateris. fo. 78. pa. 1.
61 Sitiuit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. fol. 91. pag. 1.
62 Quā melior est mīa tua sup vitas. fol. 149. pa. 1.
65 Holocausta medulara offeram tibi cum incenso Arietum. fo. 175. pa. 2.
71 Descēdet sicut pluuia in vellus. fo. 87. pa. 2.
71 Ex vsuris & iniquitate redimet aīas eorū. 29. p. 1.
75 Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi & reliquæ cogitationis. fol. 57. pag. 2.
76 Renuit consolari anima mea. fol. 54. pa. 1.
78 Deū venerūt gētes in hereditatē tuā. f. 104. p. 2.
83 Passer inuenit sibi domum. fo. 84. pa. 1.
84 Mīa & veritas obuierunt sibi. fol. 74. pa. 1.
96 Dominus regnauit exulter terra: letentur in sulcæ multæ. fo. 121. pag. 2.
101 Vigilauit & factus sicut passer solitarius. 84. p. 2.
103 Qui sanat oēs infirmitates tuas. fol. 96. pag. 2.
103 Qui aspicit terrā & facit eā tremere. fo. 34. p. 2.
115 Ego dixi in excessu meo, oīs hō mēdax. f. 77. p. 2.
118 Beati immaculati in via. fol. 99. pag. 2.
118 Declinate a me maligni: & scrutabor mandata dei mei. fol. 101. pa. 1.
113 Latum mandatum tuum nimis. fol. 166. pag. 2.

- 118 Misericordiæ tuæ multæ dñe. fol. 25. pag. 2.
129 Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit. fo. 94. p. 1.
136 In salicibus in medio eius, suspendimus organa nostra. fol. 145. pag. 1.
144 Suauis est dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius. fo. 26. pag. 1.
147 Lauda hierusalem dominum: lauda deum tuū syon. fo. 167. pag. 2.
Prouerbiorum.
2 Letantur cum male fecerint: & exultant in rebus pessimis. fo. 47. pag. 2.
3 Honora deum ex tua substantia. fo. 58. pag. 2.
11 Statera dolosa abominatio est apud deū: & pondus æquum voluntas eius. fo. 79. pag. 1.
13 Est quasi cū diues nihil habeat: & est quasi pauper cum in multis diuitijs sit. fo. 15. pag. 2.
18 Iustus in principio accusator est sui. 53. p. 1. & 74. p. 1.
19 Abscondit piger manum sub ascella: nec ad os suum applicat illam. fo. 43. pag. 1.
20 Mīa & veritas custodiūt regem. fol. 74. pag. 1.
20 Pondus & pondus, mensura & mensura vtrūque abominabile est apud deum. fo. 79. pa. 1.
27 Aīa esuriēs, etiā amarū p dulci sumet. f. 48. p. 1.
28 Iustus quasi Leo. fol. 106. pa. 2.
31 Oēs domestici eius vestiti sūt duplicibus. f. 91. p. 1.
Ecclesiastes.
1 Qui addit scientiā addit & dolorē. fo. 55. pag. 2.
8 Sunt impij qui ita securi sunt: quasi iustorum facta habeant. fo. 17. pag. 1.



10 Labor stultorum affliget eos qui nesciunt ire in
ciuitatem. fo. 31. pag. 2.

11 Si ceciderit lignum ad austrum, aut aquilonem.
folio. 135. pag. 2.

Canticorum.

1 Currere in odore unguentorum tuorum. f. 133. p. 2

4 Quam pulchra es amica mea quam pulchra es. f. 45.

Sapientiae. (pag. 2.

1 In malivolam aiam non introibit sapientia. f. 102. p. 1.

4 Inconstantia concupiscentie trasuertit sensum. f. 71. p. 2

5 Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis. f. 132. p. 1

7 Sapientia vincit malitiam. fo. 22. pag. 1.

10 Sapientia aperuit os multorum, & linguas infantium fecit desertas. fo. 147. pag. 2.

Ecclesiastici.

2 Secundum enim magnitudinem illius sic & misericordia illius cum ipso est. fo. 22. pa. 1.

13 Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. fo. 42. p. 2

13 Cor enim hominis, mutat faciem eius. fo. 93. pag. 2.

15 Non est speciosa laus in ore peccatoris. fo. 44. p. 2.

21 Via peccantium complantata lapidibus & in fine illorum inferi, & tenebrae, & poene. fo. 132. pa. 2.

36 Sacrificium salutare est discedere ab iniquitate. folio. 157. pag. 2.

40 Iugum graue super filios adae. fo. 68. pag. 2.

Esatae.

1 A planta pedis usque ad verticem capitis non est in eo sanitas. fo. 8. pag. 1.

1 Lauamini mundie stote auferite malum cogitationum vestrarum. Si fuerint peccata vestra ut coc-

cinum quasi nix dealbabuntur. fo. 82. p. 2

4 Laude mea infrenabo te ne intereas. f. 148. p. 1

5 Vae qui dicitis bonum malum & malum bonum. folio. 78. pag. 2.

51 Destra in veritate mensa aduenit comedit. f. 76. p. 1.

5 Quasi vinculum plaustrum peccatum. fo. 115. pa. 1.

6 Ecce ego domine, mitte me. fo. 107. pag. 2.

33 Qui obturataures suas ne audiat sanguinem iste in excelsis habitabit. fo. 89. pag. 1.

40 Mensus est pugillo aquas & caelos palmo ponderauit. fo. 24. pag. 1.

43 Ego sum qui deleo iniquitates & memor non ero. fo. 58. pag. 1.

44 Germinabunt iter herbas sicut salices. f. 145. p. 1

49 In terra sua duplicia possidebunt. fol. 91. pa. 1.

52 Mudamini qui fertis vasa domini. fo. 101. pa. 2.

66 Quae est ista domus quam edificatis mihi. f. 103. p. 2

Hieremiae.

1 A. a. a. domine deus: ecce nescio loqui. fo. 108. pag. 2.

17 Benedictus vir qui confidit in domino & erit dominus fiducia eius & erit quasi lignum. fo. 98. pa. 2.

50 Effusi estis sicut vituli super herbam. fo. 178. p. 2.

23 Nunquid non verba mea sunt, quasi ignis ardens, & quasi malleus conterans petram. fo. 131. pa. 2

Threnorum.

2 Effunde sicut aquam cor tuum, ante conspectum domini. fo. 192. pag. 2.

2 Confurge & lauda in nocte in principio vigiliarum tuarum. fo. 146. pag. 1.

4 Candidiores niue, nitidiores lacte, denigratae



est sup carbões facies eorū. f. 41. p. 1. & 49. p. 2.

Ezechielis.

- 1 Animalia illuc gradiebantur vbi erat impetus spiritus. fo. 106. pa. 1.
1 Super capita sanctorum quatuor animalū pēnatorū erat espect⁹ cristalli horribibis. f. 116. p. 2
2 Fili hominis sta super pedes tuos & loquar tecum. fo. 34. pag. 1.
17 Ego dominus humiliavi lignum sublime & exaltaui lignum humile. fo. 135. p. 2.
18 Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis. fo. 95. pag. 1.
36 Dabo vobis cor nouum & spiritum nouū ponā in medio vestri. fo. 80. pag. 1.

Danielis.

- 2 Rex Nabuchodonosor vidit per somnium statuam magnam. fo. 55. p. 1.
7 Fluuius igneus rapidusq; egrediebatur a facie eius. fo. 114. p. 2
13 Ostia pomatij clausa sunt, nemo nos videt. fo. 62. pag. 1. Osee.
4 Maledictū & mēdaciū & homicidiū, & p̄iuriū & furtum inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. fo. 29. pag. 1. & 138. p. 2.
4 Fornicati sunt & non cesauerunt. fo. 42. pa. 2.
14 Omnem aufer iniquitatem & accipe bonum & reddemus vitulos labiorū nr̄orū. f. 140. pa. 2.

Iohelis.

- 2 Reddā vobis annos quos comedit locusta bruchus & erugo & eruca. fo. 12. pag. 2.

Amos.

- 9 Si celauerint se ab oculis meis in profundo maris: ibi mandabo serpenti & mordebit eos. fol. 46. pag. 2. Naum.
5 Omnis q; viderit resiliet a te. fo. 57. pag. 2. Sophonizæ.
1 Ambulabūt cæci q̄a dño peccauerūt. f. 16. p. 2.
1 Et erit i tpe illo scrutabor hierl̄m i lucernis. fo. 63. pag. 1. I. Machabeorum.
4 Tēplū fuit mūdātū p iudā machabeū. f. 103. p. 1. Matthei.
5 Beatimūdo corde qm̄ ip̄i deū videbūt. 99. p. 2.
10 Puluerē de pedib⁹ v̄ris excutite. fol. 42. pa. 1.
11 Confiteor tibi pater cœli & terræ quia abscondisti hæc a sapientibus & prudētib⁹. f. 76. p. 1.
11 Quicumq; dixerit verbum contra filium hominis remittetur ei. fo. 71. pag. 1.
12 Ex abūdātia cordis os loquit. fo. 143. pag. 2.
25 Intrauerūt cū eo ad nuptias & clausa est ianua. fo. 167. pag. 2. Lucæ.
5 Discede a me quia homo peccator sum. 92. p. 1.
19 Videns ciuitatē fleuit super illam. fo. 48. pa. 1.
21 Dico vobis quia vidua hæc pauper plusquam oēs milit. f. 159. p. 1. Ioannis.
7 Totum hominē sanū feci in sabbatō. f. 96. p. 2.
8 Qui sine peccato est vestrum primus in illa lapidem mittat. fo. 131. pag. 1.
Ex epistola Pauli ad Romanos.
2 An diuitias bonitatis eius & paciētiæ, & longanimitatis contempnis. fo. 32. pa. 1.



- 2 Ignoras quoniam benignitas dei ad poenitentiam te adducit. fo. 31. pag. 2.
- 2 Non est personarum acceptio apud deum. fo. 51. p. 2.
- 3 Iustificati gratis per gratiam dei. fo. 99. pag. 1.
- 4 Resurrexit propter iustificationem nostram. f. 125. p. 2.
- 5 Sicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. fo. 66. pag. 2.
- 6 An ignoramus fratres quia quicumque baptizati sumus in christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus. fo. 81. pag. 1.
- 7 Si autem quod nolo malum hoc facio, iam non ego operor illud. fo. 68. pag. 1.
- 7 Non enim quod volo bonum hoc facio. fo. 68. pa. 2.
- 7 Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius. fo. 139. pag. 2.
- 8 Non sunt condignae passionis huius seculi ad futuram gloriam. fo. 170. pag. 1. & fo. 177. pa. 2. & fo. 23. pag. 8.
- Ex epistola pauli prima ad Corinthios.
- I Predicamus Christum dei virtutem & dei sapientiam. fo. 75. pag. 2.
- 2 Quis scit hominum quae sunt hominis nisi spiritus hominis qui in ipso est. fo. 166. pag. 1.
- 5 Nescitis quia templum dei estis vos, & spiritus sanctus habitat in vobis. fo. 103. p. 2.
- 10 Patres omnes sub nube fuerunt & omnes mare transierunt. fo. 82. pag. 2.
- 11 Si nos metipsums iudicemus a domino non iudicemur. fo. 75. pag. 1.
- 12 Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem.

- tem. fo. 126. pag. 2.
- 13 Caritas patiens est venigna est. fo. 81. pag. 2.
- 13 Videmus nunc per speculum in enigmate. fo. 100. pag. 1.
- 15 Plus omnibus laboravi, non autem ego sed gratia dei mecum. fo. 98. pag. 1.

Ex epistola Pauli. 2. ad Corinthios.

- 3 Dum moyses legitur velamen positum est super cor iudeorum. fo. 76. pag. 1.
- 3 Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis. fo. 105. pa. 2.
- 5 Vetera transierunt & ecce noua sunt omnia. fo. 110. pag. 2.
- 12 Datus est mihi stimulus carnis meae. fo. 139. pa. 2.

Ex epistola Pauli ad Galatas.

- I Cum autem placuit ei qui me segregauit ex utero matris meae & vocauit me per gratiam suam. fo. 98. pag. 1.
- 2 Vivo ego iam non ego uiuit vero in me Christus. fo. 112. pag. 1.
- 4 Illa autem quae sursum est Hierusalem, libera est. fo. 164. pag. 2.





Ex epistola Pauli ad
Epheseos.

- 4 Renouamini autem spiritu mentis v're
& induite nouū hominem. fo. III. pa. I.

Ex epistola Pauli ad
Philipenses

- 2 Deus est enim qui operatur in nobis,
& velle, & perficere pro bona volunta
te. fo. 98. pag. 2.

Ex epistola Pauli. 2. ad
Timotheum.

- 2 Cum modestia corripimus eos qui
resistunt veritati, nequando, deus det
illis pœnitentiam ad cognoscendam
veritatem. fo. 35. pa. I.
- 4 Argue obsecra, increpa, fol. 72. pag. I.

Ex epistola Pauli ad
Titum.

- 3 Per lanacrum regenerationis & reno
uationis quem effudit in nos abunde.
fo. 81. pag. 2.
- 3 Non ex operibus iustitiæ quæ fecim⁹
nos, fo. 141. pag. 2.

Ex epistola Pauli ad Hebreos.

- 10 Horrendum est incidere in manus dei
viuentis. fo. 74. pag. 2.
- 10 Impossibile est enim sanguine tauro
rum & hircorū auferri peccā. f. 150. p. 2.

Ex epistola Iacobi.

- 2 Superexaltat autem misericordia iu
diciū. fo. 24. pag. I.

Ex epistola. I. Ioannis.

- 1 Si dixerimus q̄ peccatum non habet
mus nos ipsos seducimus. fo. 55. pag. 2.
- 2 Omne quod est in mundo concupiscē
tia carnis est aut cōcupiscentia oculo
rum, aut superbia vitæ. fo. 40. pag. 2.

Apocalipsis.

- 1 Facies eius sicut sol. fo. II5. pag. I.
- 3 Nescis quia tu es miser & miserabilis,
& pauper, & cæcus, & nud⁹. fo. 14. p. I.
- 3 Suadeo tibi emere a me aurum. fo. 55.
pag. 2. & 165. pag. I.
- 21 Ipsa vero ciuitas, aurum mundum, fo.
55. pa. 2. & fo. 164. pag. 2.
- 21 Ciuitas i quadro posita est. f. 166. p. 2.

¶ Deo gratias:



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

Impressum est hoc opus Sal
manticæ in officina Ioana
nis Giuntæ sexta de
cima die martij.
Anno dñi
1547.

